DISSERTATIONES
ACADEMICAE
VPSALIAE HABITAE

SVB

PRAESIDIO

CAROL. PETR. THVNBERG,

EQVIT. REG. ORD. WASAEI

MED. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ORD. ACAD. CAESAR. NAT. CVRIOS. REG. SCIENT. LONDIN. HOLMENS. VPSAL. PHILAD. LVNDENS. HARLEM. AMSTELD. VLISSING. NIDROS. TICINENS. IENENS. PATRIOT. HOLMENS. NATVR. SCRVTAT. BEROLIN. HIST. NAT. HALENS. HAFNIENS. ET PARIS. LINN. LONDINENS. PHYSIC. GOETTING. MEDIC. ET NAT. STVDIOS. EDINBVRG. MEMBRI; NEC NON ACADEM. SCIENT. PARIS. MONSPEL. SCANDINAV. FLORENT. AGRICVLT. PARIS. MEDIC. LONDINENS. ET BATAV. IND. OR. CORRESP.

BRH Mo. Bot. Garden, 1893

VOLVMEN PRIMVM.

CVM TAB. V. AENEIS.

GOTTINGAE
APVD IOANN. CHRISTIAN. DIETERICH
1799.

Pritzel 9295 vol. 1.
Duplum B.B.H.

PRAEFATIO EDITORIS.

Cum inter omnes conſtet, Linnaei *Amoenitates Academicas* Hiſtoriae praeſertim naturali maximam attuliſſe utilitatem; hanc quoque diſſertationum, eodem loco et ſub praeſidio Viri, in inveſtiganda natura acutiſſimi, defenſarum, et utplurimum ab ipſo conſcriptarum, collectionem aſſenſum ſimilem eſſe laturam, credere par eſt.

Quodſi Diſſertationes Linnaeanae rerum varietate ac novitate, ſingularique plane tractandi ratione, imprimis etiam auctoris ſui nomine laudem conſequerentur promeritam; quidni et de *Thunbergii* Diſſertationibus bene ſperare liceret, quae ſe potiſſimum eo commendant, quod partim plantae exoticae, ſi modo in regno vegetabili ſubſiſtas, ab ipſo auctore, ſusceptis in longe diſſitas terrarum partes peregrinationibus, in loco natali collectae, exploratae et deſcriptae ſunt, et partim plurimae vegetabilium ſpecies, iam cognitae, quoad novas et ipſius et alio-

aliorum obſervationes melius ſunt conſtitutae.

Plerarumque harum diſſertationum exemplaria inde a prima earum in *Upſalia* divulgatione adeo defecerunt, ut eas pretio qualicunque ſibi comparandi copia vix eſſet. Si etiam poſtea praeſtantiorum aliquot aut ſeorſum typis vulgatae, aut collectionibus et diariis nonnullis medicis ac botanicis ſunt inſertae: gratiam tamen quilibet mecum ill. auctori habebit, quod conſilium omnes eas colligendi et edendi, communicatis diſſertationibus benigne adiuvare voluerit.

Tota collectio, materiarum certo ordine facto, quatuor volumina, quorum ſecundum ob variorum plantarum generum monographias botanicis acceptiſſimum futurum eſſe arbitror, contineat, adiectis in fine operis iis, quae, creſcente in dies ſcientia, aut addenda, aut aliter conſtituenda erant.

Dabam Gottingae

Menſe Majo, 1799.

Dr. C. H. PERSOON.

DISSER-

DISSERTATIONES BOTANICAE

IN

PRIMO VOLVMINE

CONTENTAE.

Genera Nova Plantarum.	P. I.	Tab. I.	Pag.	1
— — —	P. II.	Tab. II.	-	29
— — —	P. III.	Tab. III.	-	55
— — —	P. IV.	Tab. IV.	-	71
— — —	P. V.	Tab. V.	-	83
— — —	P. VI.	-	-	99
— — —	P. VII.	-	-	107
— — —	P. VIII.	-	-	117

De Scientia botanica utili atque iucunda. - 128

De Flora Strengneſenſi. - - - 137

De uſu Menyanthidis trifoliatae. - - 204

De Oleo Caiuputi. P. prior. - - 211

— — P. poſterior. - - 220

De

De Moxae atque Ignis in Medicina Uſu. Pag. 231
De Cortice Anguſturae. - - - 252
De Arbore Toxicaria Macaſſarienſi - - 259
De Medicina Africanorum. - - - 269
Obſervationes circa Remedia nonnulla Indigena. - - - - 277
De Nautarum Valetudine tuenda. - - 282
Obſervationes in Pharmacopoeam Suecicam P. prior. - - - 301

DISSER-

DISSERTATIO
DE
NOVIS GENERIBVS PLANTARVM.

P. I.

D. 24. NOV. 1781.

RESP.

CLAVD. FRED. HORNSTEDT.

Imperium Naturae ſpatioſiſſimum non alios, quam ipſius orbis terrarum limites agnoſcit; cumque omnes, quae in globo hoc terraqueo exiſtunt, regiones nondum ſint detectae, licet novae quotannis fere per induſtriam navigantium inveniantur terrae, nemo certe mirabitur, plantas, quas cognitus gignit orbis, univerſas et ſingulas nondum eſſe collectas, deſcriptas. Omni quidem aevo novi quidpiam in medium producere valuerunt indefeſſi naturae Scrutatores, hoc vero inprimis, quo vivimus, ſeculum detectorum fuit feraciſſi-

mum. Antea ingentes mundi plagas peregrinatores detexerunt, ſed magis ad ea, quae ſacrae auri ſatisfacerent fami, quam quidem ad animalia et vegetabilia, quibus terras illas provida exornaverat natura, adverterunt animum. Sic non multis ab hinc annis ſolertiſſimi Botanici, pericula quaevis contemnentes, incognitas, argonautarum inſtar, adierunt terras, non ut loca quaevis obvia fugitivis inſpicerent oculis, neque ut mores tantum incolarum a noſtris abhorrentes notarent; ſed ut naturae ſimul miracula recondita, per aeſtum et frigora, avide colligerent et collecta adcuratis deſcriptionibus curioſae Europae ante oculos quaſi collocarent. Hoc animo BOUGAINVILLE ſuum, orbem univerſum circumnavigantem, COMMERSON cum amico SONNERAT eſt comitatus, immortalemque virum Cap. COOK, pari itinere, ſecutus eſt ill. Dom. BANKS cum amico Doct. SOLANDER; atque alia, per Archipelagum auſtralem, navigatione ſodalem habuerunt D. SPARRMAN, praeſtantes Viri, FORSTER uterque, pater et filius, dum ſuas, eum in finem, ſuſceperunt peregrinationes. Quantum horum virorum itinera humanae genti adtulerint utilitatis, partim dudum novimus, partim ſcripta, quae benigne promiſſa impenſius

exſpecta-

exſpectamus, docebunt. Sed nec partes telluris noſtrae, quas ante hanc aetatem humana detexit induſtria, nova peregrinantibus Botanicis denegarunt inventa. Quam plurima enim ill. JACQVIN ex America, PALLAS e Sibiria, KOENIG ex Aſia, PRAESES ex Africa aliique aliunde retulerunt, quae citius aut ſerius in uſus humani generis vocata, commodis noſtris proſpicient. Ego vero Hiſtoriae naturalis percupidus et his incitatus exemplis, longiora etiam itinera, ſi velint fata, meditans, iam vero ſpecimen Academicum editurus, ne cocta ſaepius ante recoquerem, talem eligere potiſſimum volui Diſſertationis materiem, quae novi quidpiam proponeret, nec omni careret fructu. Genera igitur plantarum nova, non quidem omnia, quae recentioris aevi Botanicis debemus, ſed ea tantum, quae in itineribus ſuis detexit Exper. D. PRAESES, colligere ſum annixus, illorumque non nulla, botanice deſcripta, Tuis L. B. oculis ſubjicio.

GENERA NOVA PLANTARVM.

GALOPINA.

Calyx nullus.

Corolla 4-fida, ſupera, revoluta, fuſco-vireſcens.

Stam. *Filamenta* 4, capillaria, decidua, longa, receptaculo inſerta.

Pist. *Germen* inferum.

Styli duo, filamentis paullo breviores, excreſcentes, albi.

Stigmata ſimplicia.

Pericarp. nullum.

Semina bina, nuda, ſubglobosa, muricata.

Character *generis:* Cor. 4-fida. Calyx o. Semina 2, nuda.

Locvs; Tetrandria, Digynia, ante Aphanem.

Differt. 1:0 a Galio: a) *Calyce nullo.*
b) *Stylis duobus.*
1:0 ab Aphane: α) *Filamentis receptaculo inſertis.*
β) *Corolla ſupera.*

Species I. Galopina circaeoides.

Creſcit in ſylvis Hautniquas, Groot Vadersboſch, aliisque.

Floret Decembri, Ianuario.

Radix annua.

Caulis herbaceus, teres, ruber, glaber, ſimplex, rarius ramoſus, debilis, erectus, circiter bi-pedalis.

Rami alterni, patentes, cauli ſimiles.

Folia

Folia oppoſita, petiolata, oblonga, acuta, integra, glabra, ſubtus pallida, pollicaria et paullo vltra. In axillis foliorum alia folia minora, ſimilia.
Flores terminales paniculati. Panicula laxa, diffuſa.
Pedunculi et pedicelli oppoſiti, capillares, glabri, bracteati.
Bracteae duae, oppoſitae, ſetaceae.

RETZIA.

CAL. *Perianthium* 1-phyllum, unguiculare, 5-partitum. *Laciniae* lanceolatae, inaequales, acutae, villoſae, longitudine dimidia calycis.
COROLLA monopetala, infera, tubuloſa, cylindrica, intus extusque villoſa, bipollicaris, parum curva, purpurea, apice 5-fida: *laciniae* ovatae, obtuſae, concavae, intus glabrae, atropurpureae, extus apiceque valde hirſutae, erectae, lineam longae.
STAM. *Filamenta* 5, ſubulata, corollae inſerta laciniiisque duplo breviora.
Antherae compreſſae, ſagittatae, fuſcae.
Pollen albidum.
PIST. *Germen* ſuperum in fundo calycis.
Stylus filiformi-capillaris, corolla longior, paullulum exſertus, purpureus.
Stigma bifidum.
PERIC. *Capſula* oblonga, bivalvis, bilocularis, acuta, biſulca, glabra.
SEMINA plura, minuta.
CHARACTER *generis*: Capſ. 2-locularis.
Corolla cylindrica.
Stigma bifidum.

 Locus:

LOCUS: Pentandria, Monogynia, poſt Theophraſtam.

NOMEN datum fuit in honorem amici digniſſimi JAH. RETZII, Prof. et Demonſtr. Bot. in Acad. Lundenſi.

SPECIES I. Retzia capenſis.

Retzia capenſis. Thunb. Act. Lundenſ. Tom. I. pag. 55. tab. 1. fig. 2.

WEIGELA.

CAL. *Perianthium* 5-phyllum, inferum; laciniis ſubulatis, erectis, aequalibus.

COROLLA 1-petala, infundibuliformis; *tubus* longitudine calycis, intus villoſus; *Limbus* campanulatus, ſemiquinquefidus, laciniis ovatis, obtuſis, erecto-patentibus.

STAM. *Filamenta* 5, tubo inſerta, filiformia, longitudine fere corollae, erecta.

Antherae erectae, lineares, baſi bifidae, apice obtuſae.

PIST. *Germen* ſuperum, 4-gonum, truncatum, glabrum.

Stylus e baſi germinis, filiformis, corolla paullo longior.

Stigma peltatum, planum.

Fructus adhuc ignotus eſt. In florenti planta videtur eſſe ſemen nudum.

CHARACTER *generis:* Sem. I. Stigma peltatum. Stylus e baſi germinis!

LOCUS: Pentandria, Monogynia, ante Plumbaginem.

NOMEN in memoriam Amici dilectiſſimi et Botanici excellentiſſimi, WEIGEL, Prof. Botan. et Chemiae in Acad. Gryphica.

SPECIES

Species I. Weigela japonica.
Weigela japonica. Thunb. Act. Stockholm. 1780. p. 137. tab. 5.

BLADHIA.

Cal. *Perianthium* 1-phyllum, perſiſtens, vireſcens, glabrum, breviſſimum, profunde 5-partitum: *laciniae* ovatae, concavae, lacero-ſubſerratae, patentes.
Corolla 1-petala, rotata, decidua, 5-partita: *laciniae* ovatae, obtuſae, patentes.
Stam. *Filamenta* 5, breviſſima, corollae ſupra faucem inſerta, alba.
Antherae cordatae, acutae, conniventes in conum, flavae, corolla breviores.
Pist. *Germen* ſuperum, convexum, glabrum, viride
Stylus filiformis, albus, corolla longior.
Stigma ſimplex, acutum, vireſcens.
Peric. *Bacca* globoſa, calyce ſtyloque perſiſtentibus coronata, unilocularis, glabra, piſi minoris magnitudine.
Semen ſolitarium, globoſum, membrana involutum.
Character *generis*: Bacca 1-ſperma.
Semen arillatum!
Locus: Pentandria, Monogynia, poſt Myrſinem.
Nomen in honorem et memoriam Amici, Domini P. J. BLADH, in Cantona Chinae Mercatoris celeb. et Botan. indefeſſi, inclyti.
Species I. Bladhia japonica.
Japonice: Qvackitz it. Jabokoſi, vulgo Fannæ Tadſi banna. Kæmpf. Am. exot. faſc. V. pag. 766. it. Sjiro Tadſi banna.

 Creſcit

Creſcit *prope Nangaſaki in montibus inter frutices alibique, ſaepe culta in hortis.*
Floret *Julio.*
Fructus *maturus Decembri, Januario, Februario, Martio, Aprili.*
Radix *perennis, repens, fibrilloſa.*
Caulis *fruteſcens, flexuoſus, erectus, rariſſime ramoſus, palmaris atque pedalis.*
Folia *verſus ſummitatem frequentia, oppoſita, petiolata, ovata, acuta, ſerrata, glabra, patentia, pollicaria ſummis paullo majoribus.*
Petiolus *linearis, lineam longus.*
Flores *ex axillis foliorum umbellato-racemoſi, cernui.*
Pedunculus *ſtriatus, glaber, erectus, umbelliferus, bipollicaris.*
Pedicelli *teretes, rubri, glabri, cernui, unguiculares.*
Corolla *alba ſvavem odorem ſpargit.*
Varietas *duplex occurrit:*

α) *Fructu rubro*, Fanna tadſi banna dicta.
β) *Fructu albo*, Sjiro tadſi banna.

HOVENIA.

Cal. *Perianthium* 1-phyllum, 5-partitum, perſiſtens, dentibus deciduis, baſi intus piloſum: *laciniae* ovatae, reflexae, ſupra linea media elevata, deciduae.

Corolla 5-petala. *Petala* inter lacinias calycis inſerta, obovata, obtuſiſſima, patula, convoluta, ſtamina obvolventia, alba, longitudine dentium calycis.

Stam. *Filamenta* 5, baſi calycis inſerta, calyce paulo breviora.

Antherae

Antherae ſubrotundae, intra petala reconditae.

PIST. *Germen* ſuperum, convexum, glabrum.
Stylus unicus, erectus, calyce multo brevior.
Stigmata tria, patula, reflexa, obtuſa.

PERIC. *Capſula* ovato-globoſa, triſulca, glabra, magnitudine piperis, trivalvis, trilocularis.

SEMEN in ſingulo loculamento unicum, lenticulare, glaberrimum, rubrum.

CHARACTER *generis:* Capſula 3-locularis, 3-valvis.
Petala convoluta.
Stigma 3-fidum.

LOCUS: Pentandria, Monogynia, poſt Dioſmam.

NOMEN dedi in memoriam ſempiternam Maecenatis optimi, Domini David ten HOVEN, Scabin. et Commiſſar. urbis Amſtelodamenſis.

SPECIES I. Hovenia dulcis.

Japonice: Sicku, vulgo ken et kenpókónas, Kaempf. Am. exot. faſc. V. pag. 808. fig. pag. 809.

Creſcit prope Nangaſaki.

Floret Junio, Julio, Auguſto.

Fructus maturus Novembri, Decembri.

Radix prennis.

Caulis: arbor craſſa, excelſa.

Rami teretes, glabri.

Folia alterna, petiolata, ſubcordata, ovata, acuminata, ſerrata, dependentia, nervoſa, glabra, palmaria.

Petiolus ſemiteres, reflexus, glaber, pollicaris.

Flores axillares et terminales, paniculati.

Panicula compreſſa, dichotoma.

Pedunculi ſubteretes, dichotomi, poſt floreſcentiam incraſſati, carnoſi, carne dulci rubente; Pedicelli divaricati, flexi retroflexique, glabri, unguiculares, lineam longi.

Flores facile decidui.

Raro calyx 4-partitus, ſtaminibus quatuor.

Pedunculi carnoſi eduntur a Japonenſibus, ſuntque ſapore dulci, fere pyri.

CHENOLEA.

Cal. *Perianthium* 1-phyllum, globoſum, concavum, ſubcarnoſum, 5-partitum; *laciniis* arcte inflexis; extus argenteo-tomentoſum, intus glabrum.

Corolla nuda.

Stam. *Filamenta* 5, baſi calycis inſerta, filiformia, erecta, ſecundum marginem capſulae flexa, longitudine calycis.

Antherae minutae.

Pist. *Germen* ſuperum.

Stylus filiformis, breviſſimus, vix lineam dimidiam longus.

Stigmata duo. ſimplicia, ſubulata, acuta, patenti-reflexa, ſtylo paullo longiora.

Peric. *Capſula* rotunda, ſubdepreſſa, umbilicata, glabra, unilocularis.

Semen ſubrotundum, apice bifidum, glabrum, maturitate nigrum.

Character *generis*: Capſula 1-ſperma, 1-valvis. Calyx 5-fidus.

Locus: Pentandria, Monogynia. floribus incompletis inferis. poſt Celoſiam.

Species I. Chenolea diffuſa.

Creſcit

Creſcit prope Cap, locis depreſſis, maritimis, in Saldabnabay alibique.
Floret Martio, Aprili.
Caules plures, radicales, filiformes, herbacei, diffuſi, ſimplices et ramoſi, foliis tecti, purpurei, inferne glabri, ſuperne ſubtomentoſi, inaequales, apicibus erectis, palmares et ultra.
Rami alterni, ſparſi, rari, cauli ſimiles, breviſſimi.
Folia faſtigiatim oppoſita, ſeſſilia, ovato-lanceolata, obtuſa cum acumine, carnoſa, integra, ſupra plana, ſubtus convexa, frequentia, ſuprema magis approximata et imbricata, erecto-patentia, argenteo-tomentoſa, internodiis longiora, ſemiunguicularia.
Flores axillares, ſolitarii vel bini, ſeſſiles in omni axilla foliorum, verſus apices ramorum.

CUSSONIA.

CAL. *Perianthium* 1-phyllum, truncatum, ſubdentatum, corolla brevius.
COROLLA. *Petala* 5, oblonga, acuta.
STAM. *Filamenta* 5, breviſſima.
Antherae ovatae.
PIST. *Germen* inferum.
Styli duo, filiformes, patuli.
PERIC. *Fructus* didymus, angulatus, calyce ſtylisque coronatus, bivalvis, bilocularis.
CHARACTER *genericus:* Involucrum nullum.
Perianthium 1-phyllum, crenatum.
Semina bilocularia.

LOCUS:

LOCUS: Pentandria, Digynia, poſt Pimpinellam.
NOMEN huic generi impoſitum fuit in memoriam bene meritam Celeb. Viri, in Acad. Monſpelienſi Profeſſ. Medic. Domini PETRI CUSSON.
SPECIES 1. Cuſſonia thyrſoidea: *foliis quinatis; foliolis ſimplicibus, cuneatis ternatisque, apice dentatis.*
Cuſſonia thyrſoidea. Thunb. Act. Nov. Upſal. Tom. 3. p. 120. tab. XII.
SPECIES 2. Cuſſonia ſpicata: *foliis ſeptenis; foliolis ſimplicibus lanceolatis ternatisque, apice ſerratis.*
Cuſſonia ſpicata. Thunb. Act. nov. Upſal. Tom. 3. pag. 120. Tab. XIII.

POLLIA.

CAL. *Perianthium* nullum, ſi non bracteam velis.
COROLLA hexapetala, nivea. *Petala* tria exteriora, ovata, concava, majora, obtuſa, cum exterioribus alternantia, linearia, apice latiora; tria interiora inflexa, nervoſa, tenuiſſima, bractea paullo breviora.
STAM. *Filamenta* 6, receptaculo inſerta, capillaria, apice incurva.
Antherae rotundae, didymae, flavae.
PIST. *Germen* ſuperum, globoſum.
Stylus filiformi-ſubulatus, incurvatus, albus, bractea vix longior.
Stigma ſimplex, obtuſum.
PERIC. *Bacca* globoſa, bractea corollaque reflexa perſiſtente cincta, glaberrima, magnitudine piperis, albida immatura, caerulea matura.

SEMINA

SEMINA angulata, plurima, usque viginti, fuſca.

CHARACTER *generis:* Corolla infera, 6-petala. Bacca polyſperma.

LOCUS: Hexandria, Monogynia, ante Aſparagum.

NOMEN in honorem Patroni ſummi, Domini J. van der POLL, Conſulis Amſteldamenſium meritiſſimi.

Differt a Dracaena et Aſparago, bacca polyſperma.

SPECIES I. Pollia japonica.

Japonice: Jamma Mioga.

Creſcit prope Nangaſaki; in Java quoque inventa.

Floret Septembri.

Caulis angulatus, erectus, articulatus, parum ramoſus, villoſo-aſperatus, bipedalis.

Rami alterni, breves, ſenſim florentes, cauli ſimiles.

Folia in infimo caule approximata, in ſupremo valde remota, alterna, amplexicaulia, enſiformia, longitudinaliter nervoſa, integra, glabra, ſed tamen retrorſum aſpera, ſubtus albida, patula, pedalia ſuperioribus brevioribus, pollice latiora.

Flores verticillato-corymboſi.

Pedunculi verticillati, 4-6, villoſi, virides, albidi, patentes, pollicares, biflori vel triflori.

Pedicelli breves, nivei.

Bractea ſub ſingulo pedunculo lanceolata, convexa, alba.

GETHYL-

GETHYLLIS.

Calyx nullus, niſi vagina oblique truncata.

Corolla 1 petala, 6 partita: *Tubus* longus, filiformis, radicalis; *Limbi* laciniae plano-patentes, oblongae, unguiculares.

Stam. *Filamenta* 6, ori tubi inſerta, limbo dimidio breviora.

Antherae ſpiraliter inflexae, lineares.

Pollen luteum.

Pist. *Germen* inferum.

Stylus ſimplex, ſtaminibus longior.

Stigma capitatum.

Peric. *Bacca* ſubcarnoſa, radicalis, ex ipſo bulbo ſeſſilis prodiens, clavata, obtuſa, digitalis, inferne alba, medio flava, apice purpurea maculis rubris.

Semina nidulantia, 3-5, triplici ſerie impoſita, globoſa, glabra.

Character *generis:* Corolla ſupera, 6-partita, filamentis longior.

Nomen olim uni ſpeciei impoſuit nob. Arch. à LINNE eamque ad Dodecandriam retulit e ſicco ſpecimine ſeductus. Nomen idem nos quoque retinuimus, licet ſpecies noſtras inter nova genera numeremus, cum vix, praeter nomen, cum Linnaeana deſcriptione generica quidquam noſtrae commune habeant. E charactere ergo in Generibus plantarum et Syſtemate naturae minime genus hocce cognoſci poteſt, nec unquam Gethyllis afra Linnaei Botanicis innotuiſſet, niſi caſu in Herbario ſicco Linnaeano plantam male ſiccatam et incompletam videre contigiſſet.

Locus

Locus: Hexandria, Monogynia, poſt Alſtroemeriam.

In quibusdam floribus filamenta ſupra baſin, praecipue in ſpecie ſecunda, diviſa, cum totidem antheris. Raro antherae duae in unico filamento indiviſo. Hinc videtur quandoque antherae 8, 10 vel plures.

Species 1. Gethyllis ſpiralis; *foliis linearibus ſpiralibus glabris, limbi laciniis ovato-oblongis.*

Papiria ſpiralis. Thunb. Act. Lund. P. I. ſect. 2. p. 111.

Species 2. Gethyllis ciliaris: *foliis linearibus ſpiralibus ciliatis, limbi laciniis ovato-oblongis.*

Papiria ciliaris. Thunb. Act. Lund. P. I. ſect. 2. pag. 111.

Species 3. Gethyllis villoſa: *foliis lineari-filiformibus ſpiralibus villoſis, limbi laciniis ovato-oblongis.*

Papiria villoſa. Thunb. Act. Lund. P. I. ſect. 2. pag. 111.

Species 4. Gethyllis lanceolata: *foliis lanceolatis, planis, limbi laciniis lanceolatis.*

Papiria lanceolata: Thunb. Act. Lund. P. I. ſect. 2. pag. 112.

NANDINA.

Cal. *Perianthium* polyphyllum, ſexfariam imbricatum, ſquamis circiter ſex ſingula ſerie, ovatis, acutis, glabris, albo-incarnatis, caducis.

Corolla 6-petala, alba, membranacea, caduca. *Petala* oblonga, concaua, acuta, calyce longiora, ſeſquilineam longa.

Stam.

STAM. *Filamenta* 6, breviſſima.
Antherae oblongae, erectae, flavae linea atra, longitudine corollae.
PIST. *Germen* ſuperum, ovatum, brunneum, glabrum.
Stylus triqueter, breviſſimus.
Stigma trigonum.
PERIC. *Bacca* exſucca, globoſa, glabra, extus rubra, intus alba, diſperma, magnitudine piſi.
SEMINA hemiſphaerica, glabra.
RECEPTACULUM globoſum, album, glabrum, impreſſo-punctatum.
CHARACTER *generis:* Corolla 6-petala.
Calyx polyphyllus, imbricatus.
LOCUS: Hexandria, Monogynia, poſt Canarinam.
SPECIES I. Nandina domeſtica.
Japonice: Nandſiokſ, vulgo Natten vel Nandin. Kaempf. Am. Exot. faſc. V. p. 776.
Creſcit ubique, omnium vulgatiſſima, in omni villa: culta.
Floret Junio.
Radix perennis, plures caules emittens.
Caulis: Frutex erectus, laxus, ſuperne ramoſus, orgyalis, craſſitie digiti vel pollicis.
Rami vaginis foliorum veſtiti, flexuoſi, apice folioſi.
Folia petiolata, ſupra decompoſita, ternata.
Foliola ſubſeſſilia, ovata, ſetaceo-acuminata, integerrima margine reflexo, glabra.
Petioli ſulcati, glabri.
Flores terminales, paniculati.
Panicula ſupradecompoſita.
Pedunculi et Pedicelli angulati.

EHRHAR-

EHRHAHTA.

Cal. *Gluma* bivalvis, ovata, concava, patula, altera paullo maiore, membranacea.

Corolla duplex: *exterior* bivalvis; valvulae oblongae, complicatae, carinatae, retuſae, transverſe rugoſae; calyce triplo longiores, baſi extus villoſae. *Interior* paullo brevior, carinata, laevis.

Nectarium patheriforme, hinc truncatum, inde lacerum, album, breviſſimum.

Stam. *Filamenta* ſex, brevia, capillaria, alba. *Antherae* erectae, lineares, emarginatae, corolla breviores.

Pist. *Germen* ſuperum.

Stylus compreſſus, villoſus, ſtaminibus brevior.

Stigma ſimplex, villoſum.

Character *generis*: Corolla infera, glumacea, duplex!
Nectarium patheriforme.

Locus: Hexandria, Monogynia. poſt Hypoxin.

Nomen: Domino FREDERICO EHRHART, Botanico maxime oculato et diligentiſſimo, ob merita in hocce ſtudium non pauca, conſecratum fuit novum e graminum familia genus.

Species I. Ehrharta capenſis.

Ehrharta capenſis, Thunb. Act. Stockh. 1779. pag. 216. tab. 8.

FALKIA.

Cal. *Perianthium* 2-phyllum, ſubinflatum, 5-angulatum, corolla duplo brevius, viride, 5-partitum; anguli medio dilatati, compreſſi, exſtantes; *Laciniae* ovatae, acutae.

Corolla 1-petala, campanulata, crenato-decempartita, albida vel albo-incarnata, limbo patenti, unguicularis.

Stam. *Filamenta* 6, filiformia, tubo corollae inſerta eique longitudinaliter parum adnata, erecta, alba, inaequalia, corolla paullo breviora.

Antherae ovatae, compreſſae, albidae.

Pist. *Germina* 4, ſupera, glabra.

Styli duo, capillares, albi, divaricati, longitudine corollae.

Stigmata capitata, obtuſa, alba, ſimplicia.

Semina in fundo calycis 4, globoſa.

Receptaculum purpureum.

Character *generis*: Calyx 1-phyllus.
Corolla 1-petala.
Semina 4.

Locus: Hexandria, Digynia, ante Atraphaxin.

Nomen huic plantae impoſitum fuit in memoriam benemeritam Botanici ſolidiſſimi, Dom. JOH. PETR. FALCK, in Academia Scient. Petropolitana Profeſſoris celeberrimi.

Species I. Falckia repens.

Falckia repens. Thunb. Act. Lund.

WURMBEA.

Calyx monophyllus, tubuloſus, 6-angulatus, glaber, ſemi-ſexpartitus; *Laciniis* lanceolatis, acutis, erectis, patentibus.

Corolla nulla.

Pist. *Germen* ſuperum, triquetrum, ſulcatum, glabrum.

Styli

Styli tres, triquetri, ſubulati, longitudine ſtaminum.
Stigmata obtuſa.

PERIC. *Capſula* oblonga, triquetra, triſulca, glabra, trilocularis, a medio tripartita, e ſtylis tribus coalita.

SEMINA rotunda, plurima.

CHARACTER *generis:* Calyx 6-partitus.
Corolla o.
Capſ. 3. locul. polyſperma.

LOCUS: Hexandria, Trigynia, flor. inf. poſt Scheuchzeriam.

NOMEN dedimus in honorem Domini FR. v. WURMBS, Lib. Baronis et hodie in Batavia Societat. ind. orient. Mercator. celebr. Societ. Scientiar. Batav. Secret. Hiſtor. naturalis vti et aliarum ſcientiarum peritiſſ. eorumque Cultorum Patroni faventiſſimi.

SPECIES I. Wurmbea capenſis.

Creſcit ad Cap, infra colles, in Groene Kloof et alibi, locis arenoſis.

Floret Iulio, Auguſto, Septembri et Octobri.

Radix globoſa, glabra, profunda.

Caulis ſimplex, foliatus, vaginatus, ſtriatus, flexuoſus, erectus, glaber, digitalis vel palmaris.

Folia tria: caulina *alterna, vaginantia, baſi latiora, concava, ſenſim anguſtata, apice ſetacea, diſticha, patentia, integerrima, glabra, longitudine caulis vel paullo longiora;* ſuperiora *breviora.*

Flores ſpicati, ſeſſiles, ſparſi, alterni.

Rachis flexuoſa, angulata, ſtriata, pollicaris vel digitalis.

Varietas triplex huius datur:

α) *humilior, calycibus albis: laciniarum marginibus maculaque ſupra os tubi purpureis; ſtaminibus albis; ſpica 3-ſeu 4-flora vel ultra:*
β) *calycibus totis purpureis; marginibus nigris; ſtaminibus purpureis; ſpica ovata.*
γ) *Calycibus albis; marginibus fuſcis; ſpica longiore.*
δ) *Calycibus totis albis, elongatis; ſpica longa.*

Wurmbea ſine omni dubio e Melanthio ciliato progenita eſt, cui adeo ſimilis, ut minime, ab eo, ſpecie diſtingui poſſet, niſi corolla eſſet 1-petala: tubus tamen loco diviſurarum petalorum ſtriatus eſt.

DEUTZIA.

CAL. *Perianthium* 1-phyllum, ſubcampanulatum, corolla triplo brevius, tomentoſum, 5-fidum, rarius 6-fidum; *laciniis* ovatis, obtuſis, erectis.

COROLLA 5-petala, raro 6-petala. *Petala* extra marginem germinis inſerta, oblonga, obtuſa, integra, alba, ſemi-unguicularia.

STAM. *Filamenta* 10, extra marginem germinis inſerta, linearia, apice filiformia, ſub apice emarginata, bifida, alba, longitudine corollae, alternis paullo brevioribus.

Antherae globoſae, didymae,

PIST. *Germen* ſuperum, ſertiforme, medio concavum.

Styli tres, rarius quatuor, filiformes, corolla paullo longiores.

Stigmata ſimplicia, clavata.

PERIC.

PERIC. *Capſula* globoſa, truncata, perforata, ſubtriangularis, calloſa, ſcabra, piſtillorum baſibus perſiſtentibus triariſtata, trivalvis, trilocularis, rarius quadrilocularis, magnitudine piperis, cinerea, baſi dehiſcens.

SEMINA plura in ſingulo loculamento.

CHARACTER *generis:* Capſula 3-locularis.
Filamenta 3-cuſpidata.

LOCUS: Decandria, Trigynia, poſt Cherleriam.

NOMEN huic arbori ſacrum voluimus, debuimus Hiſtoriae naturalis Cultori Cultorumque eius Patrono maximo et faventiſſimo, J. DEUTZ, Scabino urbis Amſteldamenſis longe meritiſſimo pluriumque Collegiorum Praeſidi digniſſimo.

SPECIES I. Deutzia ſcabra.

Iaponice: Ioro Utſugi vel Iamma utſugi. Kaempf. Am. exotis. faſc. V. p. 854.

Creſcit in montibus Fakoniae et regionibus adiacentibus.

Floret Maio, Iunio.

Caulis arboreus.

Rami alterni, teretes, laeves, purpuraſcentes.

Ramuli villoſi, ſcabri, patuli, ramis ſimiles.

Folia oppoſita, petiolata, ovata, acuminata, venoſo-rugoſa, pilis ſtellatis ſcabra, patentia, pollicaria vel ultra.

Petioli villoſo-ſcabri, lineam longi.

Flores in ultimis ramulis paniculati.

Panicula compoſita pedicellis alternis.

Pedunculi atque pedicelli angulati, tomentoſo-ſcabri.

Uſus: Folia ſcabra pro laevigandis et poliendis variis e ligno confectis rebus a fabris lignariis adhibentur

THUNBERGIA.

CAL. *Perianthium* 1-phyllum, ad baſin fere multipartitum: *laciniis* circiter 12, ſubulatis, erecto-patulis, glabris, bracteis triplo brevioribus.

COROLLA 1-petala, campanulata; *Tubus* ſenſim ampliatus, unguicularis; *Limbus* 5-fidus.

STAM. *Filamenta* 4, tubo ſupra baſin inſerta, inaequalia: duobus inferioribus brevioribus duobus ſuperioribus; tubo breviora.
Antherae ovatae, adnatae.

PIST. *Germen* ſuperum.
Stylus filiformis, tubo paullo brevior, erectus.
Stigma bilobum.

CAPSULA globoſa, roſtrata, glabra, bilocularis, longitudinaliter dehiſcens, bracteis longior; *Roſtrum* compreſſum, ſulcatum, lineare, obtuſum; *Diſſepimentum* obovatum, emarginatum, ſub apice foramine perforatum lateribus membranaceum, perſiſtens.

SEMINA in ſingulo loculamento bina, reniformia, rugoſa, convexa latere externo; interno concava, ſulco longitudinali; ferruginea, magnitudine milii.

CHARACTER *generis:* Capſula bilocularis.
Cor. campanulata.
Cal. multipartitus.

LOCUS: Didynamia, Angioſpermia, poſt Cymbariam.

NOMEN datum fuit a Prof. RETZIO, in memoriam CAROL. PETR. THUNBERG, Med. Doctoris et in Horto Acad. Upſ. Demon-

Demonſtratoris Botanices, ob longinqua ſuſcepta periculoſa itinera inque Botanicis et Zoologicis detecta non pauca.

SPECIES I. Thunbergia capenſis.

Thunbergia capenſis. Retzius Act. Lund. T. I. p. 163. cum figura.

HYDNORA.

CALYX carnoſus, ſubteres, palmaris, primum clauſus, dein apice dehiſcens; ante aperturam apice triqueter, ſupra baſin parum dilatatus; extus rimoſus lacunis pubeſcentibus, rufeſcens tuberculis elevatis, obtuſis, ſubfuſcis: poſt dehiſcentiam ſuperne in tres limbos diviſus, inferne infundibuliformis.

Laciniae limbi ſublanceolatae, obtuſae, fungo dimidio breviores, divaricatae, apicibus inflexis; margines externi parum extrorſum flexi, interni dilatati, oblique inflexi, baſi in dentes tres coëuntes ciliis muricatis. *Cilia* inſtar Hydni imbricata, albo-incarnata, exteriora longiora, interiora ſenſim breviora.

COROLLA tripetala. *Petalum* ſingulum intra margines inflexos limbi adnatum, cordato-oblongum, carnoſum, niveum, pollicare.

STAM. *Filamenta* tria, tubo medio calycis inſerta, lata, in unum corpus coalita; extus antheris fere ad baſin tecta; intus nuda, concava, alba; ſemiunguicularia.

Antherae tres, cordatae, ſtriatae, cornoſae, glabrae, albo-incarnatae; baſi

 connatae;

connatae; apice liberae, obtuſae, conniventes.

Pollen tenuiſſimum, ſulcis antherarum inſidens, album.

PIST. *Germen* infra ſtamina, convexum, carnoſum, glabrum, album.

Stylus craſſiſſimus, breviſſimus, ſubnullus.

Stigma trigonum, convexo-planum, triſulcatum: ſulcis e centro ad angulos exeuntibus, transverſe tenuiſſime ſtriatum, album.

PERIC. *Bacca* baſi fungi incluſa, carnoſa, alba, trigona, multiſulcata.

SEMINA: *Corpuſcula* ovato-cylindrica, plurima; *immatura* verticalia, totam fere capſulam replentia, ſuperne affixa, petiolata, inferne et lateribus libera; intus carnea, ſolida, carnoſa; extus globulis minimis, ſubpellucidis, niveis obſita. *Petioli* breves, ſubfaſciculati. *Matura* libera, nidulantia in pulpa tenuiſſima, minuta, ſenſim magis et magis fuſca, glabra.

CHARACTER *generis*: Fungi Calyx tripartitus.
Corolla 3-petala, calyci adnata.
Stamina 3, Piſtillum!

LOCUS: Monadelphia, Monogynia, ante Waltheriam.

SPECIES I. Hydnora africana

Hydnora africana. Thunb. Act. Stockholm. 1775. p. 69. tab. 2. f. 1. 2. 3. et 1777. p. 144. tab. 4. fig. 1. 2.

Aphyteia hydnora Diſſ. Acad. Er. Acharii 1775. cum tabula.

RADER-

RADERMACHIA.

Flores maſculini:

CALYX nullus. *Amentum* cylindricum, ſuperne ſenſim incraſſatum, ſpithamaeum, floribus totum tectum.

COROLLA. *Petala* duo, oblonga, concava, obtuſa, villoſa, alba, filamentum includentia.

STAM. *Filamentum* unicum intra ſingulam corollam, filiforme, diaphanum, album, corollae longitudine.

Anthera pyramidalis, flava.

Flores feminei in eadem arbore:

CALYX nullus. *Pericarpium* ovatum, germinibus tectum.

COROLLA nulla.

PIST. *Germina* convexa, ſexangulata, frequentiſſima.

Stylus filiformis, perſiſtens.

Stigma unicum vel ſaepius duo, capillaria, revoluta, lineam longa.

PERIC. *Pomum* ovatum, muricatum, carnoſum, multiloculare.

SEMINA multiplici ſerie imbricata, oblique triquetra, carne pulpoſa obducta, magnitudine juglandis: *Nucleus* albus, cortice tenui brunneo obductus.

CHARACTER *generis*: M. Cal. o. Cor. 2-petala.
F. Cal. o. Cor. o. Styl. I.
Pomum multiloculare.

LOCUS: Monoecia, Monandria, poſt Ceratocarpum.

NOMEN: in honorem Maecenatis ſummi et Hiſtoriae naturalis imprimis Patroni et Fautoris maximi, in ſummo Conſilio Batavino-Indico Conſiliarii etc. Societatis ſcientiarum Batav. illuſtris Praeſidis, JOACH. CORN. MATH. RADERMACHER.

SPECIES 1. Radermachia inciſa: *foliis inciſis.*
Radermachia inciſa. Thunb. Act. Stockholm. 1776. pag. 253.

SPECIES 2. Radermachia integra: *foliis indiviſis.*
Radermachia integra. Thunb. Act. Stockholm. 1776. pag. 254.

K E U R A.

Flores maſculi et feminei terminales, diſtincti in diverſa arbore.

M. CALYX et COROLLA nulla.

STAM. *Filamenta* ſparſa, ſolitaria in panicula ramoſiſſima, brunnea, vix lineam longa.
Antherae lineares, acutae, erectae, flavae.

F. CALYX et COROLLA nulla, niſi bracteae germina diſtinguentes.

BRACTEAE inter germina lineari-lanceolatae, germine breviores, albidae.

PIST. *Germina* aggregata, ſeſſilia, 5-angulata, convexa, viridia, glabra.
Stylus nullus.
Stigmata duo, raro unicum, cordata, marginata, alba.

PERIC. *Nuces* obovatae, inferne attenuatae, 5-angulatae, glabrae.

CHARACTER *generis:* M. Cal. o. Cor. o.
Filamenta ſolitaria.
F. Nuces aggretatae.

LOCUS:

Locus: Dioecia, Monandria, ante Najadem.
Species I. Keura odora.
Keura odorifera. Forſkâhl. Flora Aegypt. Arab. pag. 172.
Iavanis: Puda.
Radix perennis.
Iunior acaulis eſt foliis plurimis; adulta cauleſcit; adultior arboreſcit, caudice craſſitie dupla femoris, biorgyalis, tota tuberculis frequentiſſimis aſperata, apice ramoſa.
Rami alterni, cauli ſimiles, brachio caſſiores, patentes.
Folia in iuniori planta radicalia, in adulta ſemper terminalia, trifariam imbricata, enſiformia, inferne erecta, a medio dependentia, ſeſſilia, ſerrato-ſpinoſa, ſpinis albis erectis, tri-vel quadripedalia, canaliculata, carina dorſali ſpinoſa ſpinis albis recurvis.
Flores utriusque ſexus terminales; maſculi nudi, antheris ſolitariis, ſparſis, raro ſubumbellatis, in panicula ramoſiſſima pedicellis capillaribus, tomentoſo-brunneis; feminei ſeſſiles, aggregati in ſpica ovata.
Uterque ſexus in Ceylona occurrit; in Iava tantum maſculus, uti et in Arabia hucusque inventus fuit.
Fructus magnitudine Bromeliae Ananas aliquando.

MONTINIA.

M. Calyx 4-dentatus, breviſſimus, glaber: *dentes* erecti.
Corolla 4-petala, ſupera. *Petala* ovata, obtuſiſſima, inter calycis dentes inſerta, patentia, alba.

Stam.

STAM. *Filamenta* 4. raro 5 cum petalis 5.
RECEPTACULUM inferum, concavo - planum, glabrum.

F. CALYX 4 dentatus, capſulam veſtiens, glaber: *dentes* erecti, breviſſimi. Raro calyx 5 - dentatus cum petalis et filamentis 5.
COROLLA ut in mare.
STAM. *Filamenta* 4. intra dentes calycis breviſſima, caſtrata absque antheris, alba.
PIST. *Germen* inferum, concavo - planum, glabrum.
Stylus corolla brevior, craſſus, ſupra bipartitus.
Stigmata duo, reniformia.
PERIC. *Capſula* ovato - oblonga, glabra, lineis elevatis, bilocularis; longitudinaliter dehiſcens.
Septum craſſum, didymum.
SEMINA plurima, imbricata, ovata, compreſſa, margine omni alata.
CHARACTER *generis:* M. Cal. 4 part. Cor. 4 petala.
F. Cal. 4 part. Cor. 4 petala.
Stigm. 2. Capſ. 2. locul.
LOCUS: Dioecia, Tetrandria, poſt Viſcum.
NOMEN in honorem LAURENT. MONTIN, Med. Doct. Botan. eximii, Patroni et Amici dilectiſſimi.
SPECIES I. Montinia caryophyllacea.
Montinia caryophyllacea. Thunb. Act. Lund. T. I. pag. 108.

In Tabula cernuntur magnitudine naturali
BLADHIA japonica,
WURMBEAE capenſis varietates α. β. γ.
DEUTZIA ſcabra.

DISSER-

DISSERTATIO
DE
NOVIS GENERIBVS PLANTARVM.

P. II.

D. 10. JULII 1782.

RESP.

CAROL. HENR. SALBERG.

Ab eo usque tempore, quo in phalanges diſtribuere, et ad genera referre plantas incoeperunt Botanici, ſcientia vegetabilium citius increvit et longe facilior reddita eſt. Genera fixa primus omnium conſtruxit immortalis TOURNEFORTIUS, eorumque numerum poſtea ſenſim adauxerunt omnes ſeculi huius Botanici, ut ultra mille et quingenta hodie numerentur. Multa tamen adhuc ſcientiae amatoribus detegenda reſtant, quae vel omnino non, vel qua ſolum barbarum nomen nota ſunt. Sic adhuc neſcimus, quaenam ſit illa arbor, quae

quae in Java et Ceylona ſponte creſcens, ab omnibus fere incolis commemoratur, dicta lignum ſtercoris, ob ſingularem ipſius ligni, praeſertim recentis, tetrum et abominandum odori ſtercoris humani adeo ſimilem, ut ſimilius nihil. Decerptos ramos et folia tantum huius, nullos vero flores, cel. Praeſ. videre contigit. Vidit tamen decocto huius exanthemata cutis chronica ſaepe et optime profligata. Malabariae et inſulae Ceylonae incolae quotidie lignorum ſuorum amaritie inſigni imbutorum, magna cum laude mentionem faciunt, ſummoque cum fructu contra morſuras ſerpentum venenatas, atque febres ardentes adhibent, licet a curioſis Europaeis vix unicum horum Botanice adhuc notum ſit. Attulit cel. Praeſ. ex hiſce regionibus pocula ex hiſce lignis tornata, quae vinum ſibi infuſum ea inficiunt, intra pauca momenta, amaritie, ut absque nauſea vixque bibi poſſit. Neque adhuc detegere valuerunt Chinam frequentantes mercatores noſtri, radicem illam amariſſimam Schynlyn, quem ad fluxus alvinos ſiſtendos roburque ſtomachi amiſſum reſtituendum, tantum decantant Chinenſes. Notius eſt, quam quod notiſſimum, Camphoram contra plurimos morbos remedium eſſe praeſtantiſſimum. Communiter haec Camphora e Japonia ad nos adfertur, e

Lauri

Lauri Camphorae radicibus et lignis coctione et ſublimatione extracta. Exſtat vero alia Camphorae ſpecies, Camphora Baros dicta, ex urbe Baros inſulae Sumatrae oriunda, quae tantum priorem Camphoram noſtram virtute ſuperat, ut pro huius unica libra lubentiſſime centum libras ſolvant Japones. Huius vero Camphorae, tam carae, tam aeſtimatae, tamque fortis origines adhuc ignoramus, licet id certo ſciamus, quod haec ipſa naturalis ſit, quod pelluciditate vitrum aemuletur, quodque arbor longe diverſiſſima ſit a Lauro camphorifera. Haec vero et plura alia obſcura, ventura, ſine dubio, deteget aetas. Mihi vero ſpecimen Academicum edituro, jam contingit, tibi B. L. Generum Plantarum novarum partem ſiſtere ſecundam, ea certisſime ſpe, ut, aeque ac primam, hanc benigne excipias. Continet haec, inter alia, tria Genera, quae antea quidem dudum deſcripta ſunt a cel. Prof. FORSTERO, in deſcriptionibus novorum Generum; ſed cum eodem circiter tempore, cel. Praeſes etiam haec ipſa Genera detexerit aliterque atque fuſius deſcripſerit, hanc illorum deſcriptionem heic communicare volui. Nomina quidem alia hiſce ab initio impoſita fuerunt a cel. Praſide, ea vero cum nominibus Forſterianis, typis dudum divulgatis, potius

cum-

commutari voluimus, quam inutile et taedioſe numerum ſynonymorum nimis adaugere. Et haec eſt ratio, cur, in prima Diſſertationis parte, duorum Generum ſervata ſint nomina, prius illis impoſita, ſcilicet: Radermachia a cel. Praeſide in actis Holmienſibus et Keura FORSKOHLEI in recenſione Generum FORSKOHLEI deſcripta, licet a celeb. FORSTERO recenſita et depicta ſub nominibus Artocarpi et Athrodactyli, fuerint.

GENERA

GENERA NOVA PLANTARVM.

WITSENIA.

CALYX, praeter bracteas, nullus.

COROLLA 1-petala, tubuloſa, erecta, bracteis longior. *Tubus* cylindricus, ſenſim ampliatus, baſi luteus, apice nigro-caeruleus. *Limbus* 6-partitus, erecto-patens: Laciniae oblongae, obtuſae, tomentoſae, luteae, unguiculares.

STAM. *Filamenta* tria, tubo ſuperne inſerta, lineam longa.

Antherae oblongae, erectae, flavae.

PIST. *Germen* ſuperum.

Stylus unicus, filiformis, erectus, apice cernuus, corolla paullo longior.

CHARACTER *generis*: Cor. 6-partita, cylindrica; Stigma emarginatum.

LOCUS: Triandria, Monogynia, ante Ixiam.

NOMEN in memoriam dedi Domini WITSEN, Conſulis Amſteldamenſium conſult. et Scientiarum in genere Patroni et Promot. ſummi.

Differt I) ab Ixia: *Corolla cylindrica. Stigmate emarginato.*

II) ab Antholyza: *Corolla regulari, aequali.*

SPECIES I. W. Maura.

Antholyza maura. Lin. Syſt. Ed. 13. Tom. 2. pag. 78. Mant. pag. 175.

Creſcit in montium lateribus ad Nordboek et Baijfals.

Floret Aprili, Majo.

Radix lignoſa.

Caulis anceps, inferne tantum nudus, a caſu foliorum articulatus, glaber, ſuperne totus foliis veſtitus, ſaepius ſimplex, rarius bifidus, erectus, bipedalis.

Folia alterna, ſeſſilia, equitantia, enſiformia, ſubfalcata, acuminata, lineata, marginata, erecta, imbricata, glabra, palmaria usque ſpithamaca.

Flores terminales, capitati.

Capitula duo, tria vel quatuor, alterna, ſquamoſa, ſubbiflora.

Squamae ſeu bracteae alternae, oblongae, acutae, concavae, ferrugineae, glabrae; exteriores breviores, unguiculares; interiores longiores, pollicares.

FAGRAEA.

CAL. *Perianthium* 1-phyllum, campanulatum, 5-partitum; *laciniae* obtuſae, incumbentes, apice membranaceae.

COROLLA 1-petala, infundibuliformis: *Tubus* teres, apice ſenſim dilatatus, palmaris: *Limbus* contortus, 5-partitus: Laciniae oblongae, obliquae, obtuſae, integrae, patulae.

STAM. *Filamenta* 5, tubo inſerta, filiformia, aequalia, corolla breviora.

Antherae didymae, ovatae, verticales, extus convexae, 4-ſulcatae, intus planae, facile bipartibiles.

PIST. *Germen* ſuperum.

Stylus

Stylus filiformis, lóngitudine corollae.
Stigma peltatum, orbiculatum, planum.

Peric. *Bacca* ovata, carnoſa, glabra, epidermide tecta, bilocularis, magnitudine Pyri minoris.

Character *generis:* Bacca 2-locularis, carnoſa.
Semina globoſa.
Stigma peltatum.

Locus: Pentandria, Monogynia, poſt Randiam.

Nomen in honorem JON. THEOD. FAGRAEI, Med. Doct. et Botan. meritiſſimi.

Differt I) a Portlandia: *Calyce corollaque infera.*
Tubo ſubcylindrico.
Stigmate peltato.
Bacca ovata, glabra, carnoſa.

II) a Brunsfelſia: *Stigmate peltato.*
Bacca carnoſa, biloculari.

III) a Strychno: *Perianthio perſiſtente.*
Stigmate peltato.
Bacca carnoſa.
Seminibus orbiculatis, glabris.

Species I. F. ceylanica.

Habitat in Ceylona.

Floret Decembri, Ianuario.

Caulis fruteſcens, erectus, ſubtetragonus, craſſitie digiti, bipedalis.

Folia faſtigiatim oppoſita, petiolata, frequentia, obovato-oblonga, obtuſiſſima, integra, coriacea, palmam lata, ſpithamaea.

Petioli ſemiteretes, pollicares.

Flores terminales, ſubumbellati, pedunculati.

Umbella circiter triflora.
Pedunculi uniflori, bracteati, unguiculares.
Bracteae oppoſitae, ovatae, obtuſae.

VAHLIA.

CAL. *Perianthium* 5-phyllum: Foliola lanceolata, acuta, concava, patentia, lineam longa.
COROLLA 5-petala, lutea. Petala ovata, concava, patentia, calyce duplo breviora.
STAM. *Filamenta* 5, filiformia, inter petala inſerta, erecta, longitudine calycis, flava.
Antherae oblongae, quadriſulcatae, flavae.
PIST. *Germen* inferum.
Styli duo, filiformes, erecto-patuli, lutei, ſtaminibus longiores.
Stigmata ſimplicia, obtuſa.
PERIC. *Capſula* ovata, truncata, lineis 5 elevatis exarata, calyce perſiſtente coronata, bivalvis, unilocularis.
SEMINA plurima, minuta.
CHARACTER *generis:* Flores calyculati ſparſi. Capſula.
LOCUS: Pentandria, Digynia, ante Phyllidem.
NOMEN dedimus in honorem Domini VAHL, in horto Hafnienſi Botan. Demonſtrat. meritiſſ.
SPECIES I. V. capenſis.
Creſcit prope Verkeerde Valleij ſabuloſis locis.
Floret Decembri.
Tota planta villoſa, viſcoſa.
Radix perennis.
Caules ſubradicales, plures, herbacei, erecti, ſimplices vel ramoſi, teretes, ſpithamaei.

Rami

Rami oppoſiti, faſtigiati, cauli ſimiles.
Folia oppoſita, ſeſſilia, lanceolata, acuta, integra, concava, erecta, longitudine internodiorum, pollicaria.
Axillae onuſtae foliis minoribus.
Flores axillares, pedunculati.
Pedunculus teres, erectus, biflorus, bractea in medio lanceolata.
Facies Aizoi.

CAROXYLON.

CAL. *Perianthium* diphyllum, ſuborbiculatum, rude, intus concavum, extus carinatum, margine tenuiſſimum, erectum, corolla brevius.
COROLLA 1-petala, 5-partita fere ad baſin: *Tubus* nullus. *Limbi* laciniae obtuſae, latae, ſubrotundae, concavo-criſpae, membranaceae, patentes, flaveſcentes vel parum obſcure purpuraſcentes.
NECTARIUM: ſquamae 5, corollae medio inſertae, corolla paullo anguſtiores et breviores, cumque ea inferne connatae; fructui conniventi impoſitae, ovatae, acutiuſculae, concavae, membranaceae, flaveſcentes, baſi vireſcente.
STAM. *Filamenta* 5, lateri germinis inſerta, corolla breviora, alba, capillaria.
Antherae minimae.
PIST. *Germen* ſuperum, conicum, glabrum.
Stylus ſimplex, corolla brevior, erectus, albus.
Stigmata duo, revoluta, albida; raro ſtigma ſimplex.
PERIC. nullum.

SEMEN 1, depreſſum, rotundum, viride, ſpirale, membrana tenuiſſima veſtitum, filamentis nectarioque perſiſtentibus tectum.

CHARACTER *generis:* Semen tunica veſtitum. Corolla 5-petala. Nectar. 5-phyllum, connivens, corollae inſertum!

LOCUS: Pentandria, Monogynia, poſt Sauvageſiam.

Differt I) a Salſola: *Stylo manifeſte unico. Fructu angioſpermo. Calyce diphyllo. Nectario.*

II) ab Anabaſi: *Nectario! Calyce diphyllo.*

SPECIES I. C. ſalſola.

Africanis: Canna boſch.

Creſcit in omni Carro.

Floret Octobri.

Radix perennis.

Caulis arboreſcens, erectus, ramoſiſſimus, nudus.

Rami ſparſi, rigidi, flexuoſi, patuli, ramuloſi.

Ramuli ultimi ſparſi, teretes, flexiles, tomentoſo-albi, folioſi, floriferi, pollicares et ultra.

Folia in ultimis ramis frequentiſſima, imbricata, ſeſſilia, ſubgloboſo-ovata; intus concaviuſcula, glabra; extus gibba, cinereo-tomentoſa, obtuſa, minutiſſima, adpreſſa. Axillae aliis foliis onuſtae. Anabaſi proxime accedit.

Uſus: Ex cineribus huius, cum pinguedine ovina, ſapo Africanus cineraſcens praeparatur a ruſticis.

MASSO-

MASSONIA.

CALYX nullus.

COROLLA 6-petala. Petala nectario extus impoſita, lanceolata, patentia, ſemiunguicularia, erecta.

NECTARIUM inferum, cylindricum, 6-ſtriatum, membranaceum, dentatum.

STAM. *Filamenta* 6, nectarii dentibus inſerta, filiformia, declinata, petalis paullo longiora, purpuraſcentia.

Antherae ovatae, erectae, flavae.

PIST. *Germen* ſuperum reſpectu nectarii.

Stylus ſubulatus, declinatus, longitudine ſtaminum.

Stigma ſimplex, acutum.

PERIC. *Capſula* triquetra, ſuperne incraſſata, obtuſa, glabra, unguicularis, trilocularis, trivalvis, angulis dehiſcens.

SEMINA plurima, angulato-globoſa, glabra, atra, magnitudine ſeminum Sinapios.

CHARACTER *generis:* Nectarium inferum.
Corolla 6-petala, nectario inſerta.

LOCUS: Hexandria, Monogynia, poſt Pancratium.

NOMEN impoſitum fuit huic generi a cel. Praeſide in honorem amici et olim in interioribus Africae regionibus, ſub bienni itinere comitis amantiſſimi, Domini FRANCISC. MASSON, Hortulani Regii et Botanici, plurimis etiam poſtea itineribus et novis detectis inclyti et bene meriti.

Differt I) ab Aſphodelo α) *Nectario cylindrico.*
β) *Capſula triquetra.*

II) a Pancratio 1. *Germine ſupero.*
2. *Nectario 6-dentato.*

III) a Narciſſo: a) *Germine ſupero.*
b) *Nectario dentato, apice ſtaminifero.*

Species 1. M. latifolia: *foliis rotundato-ovalis glabris.*
Creſcit in Roggefeldt.
Floret Septembri, Octobri.
Radix bulboſa. Bulbus rotundus, fibroſus, magnitudine Raphani.
Scapus ſubnullus.
Folia radicalia, bina, ſuborbiculata, integra, craſſa, plana, depreſſa; ſupra viridia maculis margineque purpureis; ſubtus pallida, immaculata, glabra.
Flores radicales inter folia, pedunculati, glomerati, bracteis cincti.
Pedunculi ſenſim incraſſati, albidi, glabri, ſemiunguiculares, uniflori.
Bractea unica ad baſin ſinguli pedunculi ovata, acuta, concava, membranacea, longitudine fere floris, perſiſtens, erecta.

Species 2. M. lanceolata: *foliis lanceolatis, integris, glabris.*
Creſcit in ſummo monte Onderſte Roggefeldt.
Floret Auguſto.
Folia radicalia, pauca, lanceolata, ſubenſiformia, integra, glabra, tripollicaria.
Scapus filiformis, erectus, glaber, inferne albus, ſuperne purpuraſcens, bipollicaris.
Flores pedunculati, ſubfaſtigiati.
Pedunculi ſparſi, filiformes, uniflori.

Species 3. M. undulata: *foliis lanceolatis undulatis glabris.*
Creſcit in interioribus Africae auſtralis regionibus.
Bulbus magnitudine nucis avellanae, fibroſus.

Folia

Folia radicalia, tria, quatuor vel quinque, inferne valde anguſtata, enſiformi-lanceolata, undulata, erecta, glabra, digitalia.

Scapus erectus, ſenſim incraſſatus, glaber, pollicaris.

Flores terminales, umbellati, pedunculati.

Pedunculi breviſſimi, uniflori.

SPECIES 4. M. echinata: *foliis ovatis muricatis piloſis.*

Creſcit iuxta margines montis, dictae Bocklands Berg, in interioribus Capitis bonae Spei regionibus.

Bulbus magnitudine vix nucis avellanae.

Folia radicalia, duo, ovata, obtuſa cum acumine, integra, plana, depreſſa, tota ſupra tuberculis muricata, piloſa pilis ſparſis albis, pollicaria.

Scapus nullus vel breviſſimus.

Flores glomerati inter folia.

CALODENDRUM.

CAL. *Perianthium* monophyllum, perſiſtens, 5-partitum: laciniae ovatae, acutae, craſſiuſculae; intus glabrae, albidae; extus villoſo-muricatae marginibus ſubrevolutis; corolla multoties breviores.

COROLLA ante explicationem 5-angularis, longitudine calycis; explicata 5-petala.

Petala lanceolata, obtuſa, patentia, intus canaliculata, extus carinata, undulata, villoſa, calyce triplo longiora, unguicularia, incarnata.

NECTARIA 5. petaliformia, intra petala receptaculo inſerta, lineari lanceolata, apice ſubula-

ſubulata, glandula terminata, corolla anguſtiora, eiusdem vero longitudine, glabra, argenteo-glanduloſa.

STAM. *Filamenta* 5, aequalia, longitudine corollae, alba; quatuor antheriferis unoque ſterili.

Antherae ovatae, ſulcatae, cordatae, brunneae, dorſo inſertae.

PIST. *Germen* ſuperum, pedicellatum, capitatum, muricatum, fuſcum.

Stylus lateri altero germinis inſertus, filiformis, longitudine filamentorum.

Stigma ſimplex, obtuſum.

PERIC. *Capſula* ovata, 5-angularis: angulis obtuſis, 5-ſulca, muricata, pedunculata, 5-valvis, 5-locularis, magnitudine Pruni.

SEMINA bina in ſingulo loculamento, ſubtriangularia, dorſo convexa, glabra, brunnea, magnitudine Piſi.

CHARACTER *generis:* Capſ. 5-locularis.
Nectarium 5-phyllum.

LOCUS: Pentandria, Monogynia, poſt Cedrelam.

Differt a Cedrela *nectario.*
a Sauvageſia *Capſula 5-loculari.*

Variat numerus partium corollae, nectarii et ſtaminum: raro 4 ſunt, ſaepiſſime 5, rarius 6. Unum ſtamen plerumque caſtratum obſervatur. Vidi petala 6 et nectaria 6 cum ſtaminibus 4.

Capſula pedunculo brevi ſupra calycem gaudet.

Loculamenta quaedam capſulae ſaepe ſterilia.

SPECIES I. C. capenſe.

Africanis: Wilde Caſtanien.

Creſcit in Groot Vaders boſch.

Floret Decembri, Januario.

Radix

Radix perennis.
Caulis: arbor excelſa, valde craſſa.
Rami opp ſiti vel terni, cicatricibus foliorum ſcabri, ſtriati, teretes, divaricati, fuſci.
Folia faſtigiatim oppoſita, petiolata, ovata, obtuſa, integerrima, lineata nervis parallelis, ſempervirentia, ſupra viridia, ſubtus pallidiora, palmaria.
Petioli craſſi, breves, ſupra plani, ſubtus convexi, lineam longi.
Flores paniculati, terminales.
Pedunculi breves, villoſi, oppoſiti cum impari, uniflori.

EKEBERGIA.

CAL. *Perianthium* 1-phyllum, campanulatum, tomentoſum, 4-partitum: *Laciniae* ovatae, obtuſae.
COROLLA 4-petala, calyce paullo longior. *Petala* oblonga, obtuſa, alba, extus tomentoſa.
NECTARIUM: annulus baſin germinis cingens.
STAM. *Filamenta* 10, breviſſima, pubeſcentia. *Antherae* ovatae, acutae, erectae, flavae lineis duabus nigris.
PIST. *Germen* ſuperum.
Stylus cylindricus, breviſſimus.
Stigma capitatum.
PERIC. *Bacca* globoſa, 5-ſperma, magnitudine nucis avellanae.
SEMINA oblonga.
Bacca variat ſeminibus 2-5.
CHARACTER *generis*: Nectarium ſertiforme, cingens germen.
Bacca 5-ſperma, ſeminibus oblongis.

LOCUS:

LOCUS: Decandria, Monogynia, poſt Swieteniam.
NOMEN impoſuit huic generi cel. Prof. AND. SPARRMAN in ſempiternam memoriam meritorum in ſcientias celebris Capit. et Ord. Waſaei Equ. Domini CAROLI GUSTAVI EKEBERG.
Differt a Swietenia et Melia *Bacca.*
Nectario integro.
SPECIES I. E. capenſis.
Ekebergia capenſis. SPARRMAN Act. Holm. 1779 pag. 282. tab. 9.
Africanis: Eſſenhout et Eſſenboom, item Hauteniquas Eſſen, i. e. Aſk-träd ob ſimilitudinem foliorum cum Fraxino.
Creſcit in ſylvis Hauteniquas, inque ſylva Eſſenboch dicta infra Langekloof.
Floret Novembri et ſequentibus menſibus.
Caulis: arbor procera, cortice cineraſcente.
Rami et Ramuli alterni, a caſu foliorum nodoſi, rugoſi, patentes, cineraſcentes, glabri.
Folia in extremitatibus ramulorum aggregata, ſparſa; petiolata, pinnata cum impari. Foliola oppoſita, ſeſſilia, trijuga, oblonga, acuminata, integra, margine revoluta, lateri interiori ad baſin anguſtata, parallelo-nervoſa, glabra, ſubtus pallidiora, inferiora pollicaria, ſuperiora ſenſim maiora, bipollicaria.
Petiolus univerſalis, ſemiteres, glaber, inferne aphyllus, ſpithamaeus.
Flores axillares et terminales, paniculati.
Panicula ex ala folii ſolitaria, erecta.
Pedunculus univerſalis compreſſus, ſtriatus, glaber, palmaris; Pedicelli cernui, glabri, lineam longi.

Uſus

Uſus: Lignum durum variis rebus fabricandis inſervit.

INOCARPUS.

Cal. *Perianthium* 1-phyllum, campanulatum, glabrum, bifidum, laciniae rotundae, ſubaequales.

Corolla 1-petala, tubuloſa. *Tubus* cylindricus, calyce brevior. *Limbus* 5-partitus: *laciniae* lineares, acutae, undulatae, ſaepe reflexae, calyce duplo longiores.

Stam. *Filamenta* decem, breviſſima, tubo inſerta, 5 ſuperiora, 5 inferiora.

Antherae ovatae, didymae, erectae.

Pist. *Germen* ſuperum, oblongum, villoſum.

Stylus nullus.

Stigmatis loco punctum excavatum.

Peric. *Drupa* ovata, compreſſa, obtuſa, 1-ſperma.

Nux fibris lignoſis intertexta.

Nucleus ovalis, compreſſus.

Character *generis:* Corolla tubuloſa.
Drupa 1-ſperma.

Locus: Decandria, Monogynia, poſt Arbutum.

Spec. 1. I. edulis.

Gajan, gajanus. Rumph. Herb. Amb. Tom. I. p. 107. tab. 65.

Inocarpus edulis. Forſt. Gen. Plant. pag. 65. Tab. 33.

Creſcit in Iava et alibi.

Floret Maio et ſ. d. menſibus.

Caulis arboreus.

Rami alterni, rugoſi, flexuoſi, brunnei, glabri.

Folia alterna, petiolata, oblonga, obtuſa, integra, ſubundulata, nervoſa, glabra, ſubtus pallidiora, ſpithamaea.

Petiolus

Petiolus teres, vix lineam longus.
Flores ſpicati.
Spicae axillares, flexuoſo-erectae, digitales, usque ſpithameae, floribus approximatis.

BARRINGTONIA.

CAL. *Perianthium* ſuperum, perſiſtens, viride, glabrum, diphyllum: foliola ovata, concava, perſiſtentia, pollicaria.

COROLLA 4-petala, alba. Petala ovato-oblonga, integra, caduca, calyce duplo longiora.

NECTARIUM conicum, tubuloſum, baſin ſtyli veſtiens, apice dentatum denticulis pluribus, inaequalibus.

STAM. *Filamenta* plurima, receptaculo inſerta, capillaria, corolla longiora, incarnata, caduca.
Antherae ſubrotundae, minutae, flavae lineis atris.

PIST. *Germen* inferum, marginatum, planum.
Stylus filiformis, longitudiue ſtaminum.
Stigma ſimplex.

PERIC. *Drupa* ovata, conico-quadrangularis, apice attenuata, calyce coronata.
Nux ovata, oſſea, extus rugoſo-fibroſa, 4-locularis.
Nuclei ſolitarii, ovati, rugoſi.

CHARACTER *generis:* Calyx diphyllus, perſiſtens. Drupa nuce 4-loculari.

LOCUS: Polyandria, Monogynia, poſt Mammeam.

NOMEN impoſuit cel. Prof. FORSTER in honorem Domini BARRINGTON e iudicibus Regiis Princ. Walliae.

Differt

Differt I) ab Eugenia, cui valde ſimilis:
1. *Staminibus receptaculo inſertis.*
2. *Calyce diphyllo.*
3. *Nectario.*

II) a Mammea, cui valde affinis:
1. *Nectario.*
2. *Nuce 4-loculari.*
3. *Calyce diphyllo, perſiſtente.*
4. *Stigmate acuto.*

SPEC. 1. B. ſpecioſa.

Barringtonia. Forſter Gen. Plant. p. 75. Tab. 38, 38 a. 38 b.

Butonica. Rumph. Herb. Amb. Tom. 3. p. 172. Tab. 114.

Mammea Aſiatica. Lin. Sp. Plant. p. 731.

Creſcit in Iava et Ceylona ad littora maris.

Floret Iunio et ſequentibus menſibus.

Arbor excelſa, debilis.

Rami angulati, glabri.

Folia in apicibus ramorum, frequentia, ſparſa, ſubſeſſilia, obovato-oblonga, inferne attenuata, obtuſa, emarginata, integra, glabra, patentia, palmam lata, pedalia.

Flores pedunculati, ſolitarii.

Pedunculus digitalis, vsque ſpithamaeus, glaber, cernuus.

Flores omnium maximi et pulcherrimi, ſed facillime corolla et ſtaminibus deciduis.

CHAMIRA.

CAL. *Perianthium* 4-phyllum, erectum, clauſum, unguibus corollae paullo brevius; foliola lanceolata, extus convexiuſcula: duo ſtaminibus longioribus oppoſita, baſi producta in nectarium cornutum, rectum, albidum, calyce duplo brevius.

COROLLA

Corolla 4-petala, cruciata: *ungues* lineares, erecti, lineam longi. *Lamina* ovata, obtuſa, patentia, longitudine unguium.
Color corollae albus.
Nectarium: glandula globoſa, vireſcens, glabra, ſeſſilis extra ſtamina breviora, utrinque unica.
Stam. *Filamenta* 4, receptaculo inſerta, lineari-ſubulata; calyce paullo breviora, erecta, alba; 4-longiora, duobus oppoſitis duplo brevioribus.
Antherae ovatae, flavae: filamentorum longiorum quatuor conniventes.
Pist. *Germen* ſuperum, ovatum, glabrum.
Stylus breviſſimus, viridis.
Stigma obtuſum.
Peric. *Siliqua* oblonga, dorſo recta, ventre convexa, ſubarticulata, bivalvis, bilocularis, pollicaris.
Semina plura, ovata.

Character *generis:* Calyx baſi cornutus! Glandula extra ſtamina breviora.

Locus: Tetradynamia ſiliquoſa, ante Cheiranthum.

Affinis quidem eſt Heliophilae, ſed re vera diſtinctum genus.

Differt I) ab Heliophila: a) *Cornu calycis producto.*
b) *Nectarii glandula globoſa.*
c) *Calyce perſiſtente.*
II) ab Heſperide: a) *Glandula nectarea ſimplici.*
b) *Cornu calycis.*

Cheiran-

Cheirantho convenit, ſed differt:

a) *Glandula ſimplici nectarea.*
b) *Cornu calycis.*
c) *Calyce clauſo, perſiſtente.*

SPECIES I. C. cornuta.

Creſcit in fiſſuris rupis Witteklipp dictae, in Swartland.

Floret Septembri.

Tota planta ſucculenta, debilis, glabra.

Radix fibroſa, annua.

Caulis unus vel plures procumbentes vel ſubſcandentes, inferne ſubangulati, ſuperne teretes, glabri, ramuloſi.

Ramuli alterni, uti caulis, apice ſenſim attenuati.

Folia alterna, petiolata, cordato-ſubrotunda, acuminata, dentato-angulata; inferiora maiora; ſuperiora ſenſim minora, nervoſa.

Petioli ſemiteretes, ſupra canaliculati, folio breviores, pollicares, patentes.

Flores alterni, remotiſſimi: terminalibus approximatis pedunculatis.

Pedunculi florentes erecti, lineam longi, uniflori, fructiferi reflexi.

GALAXIA.

CAL. *Spatha* univalvis membranacea, glabra, tenuiſſima, connivens.

COROLLA 1-petala, ſupera. *Tubus* filiformis vel capillaris, longus, erectus, glaber, pollicaris, apice paullulum ampliatus. *Limbus* 6-partitus: *Laciniae* obovatae, obtuſae, patentes; tribus exterioribus baſi fovea nectarifera.

STAM. *Germen* inferum, obtuſe triangulare, glabrum.

D *Stylus*

Stylus centro germinis inſertus, filiformis, ſtaminibus paullo longior.

Stigmata tria, filiformi - multipartita, patentia.

PERIC. *Capſula* oblonga, glabra, trivalvis, trilocularis, ſubcylindrica, triſulca.

SEMINA plurima, globoſa, minima.

CHARACTER *generis*: Cor. 1 - petala, 6 - fida.

LOCUS: Monadelphia, Triandria, ante Lercheam.

Differt a Moraea: 1. *Stigmatibus multipartitis nec bilabiatis.*

2. *Corolla 1 - petala: tubo longo; limbo ſexpartito aequali.*

ab Ixiis: 1. *Staminibus connatis.*

2. *Stigmatibus multipartitis.*

3. *Spatha univalvi.*

SPECIES 1. G. ovata: *foliis ovatis.*

Creſcit copioſe circa urbem Cap, in collibus.

Floret a Junio ad Septembris menſem.

Radix filiformis, deſcendens, bulbo affixa: bulbus ovatus, reticulatus. Bulbilli ſaepe conglomerati; plures.

Scapus vel caulis nullus.

Folia radicalia, congeſta, vaginantia, ovato-oblonga, obtuſa, ſupra ſulco longitudinali ſubvenoſa, plana, margine ſubcartilaginea, glabra, pollicaria.

Corolla valde fatua variat colore flavo, purpureo, violaceo, veſperi ſe claudit uti et G. graminea, corolla fatiſcendo involuta, ante horam quartam.

Variat α; corollis totis flavis ſaepiſſime.

β; corollis violaceis.

SPECIES 2. G. graminea: *foliis lineari - filiformibus.*

Creſcit

Creſcit in collibus inter *Cap* et *Tafelberg* copioſe, et alibi circa urbem.
Floret Junio, Julio, Auguſto.
Radix ut in G. ovata.
Folia radicalia, faſciculata, ad ſingulum florem bina, baſi latiora, inde linearia, apice ſetacea, integra, canaliculata, glabra, pollicaria vel bipollicaria.
Flores radicales inter folia vaginantia, faſciculati, ſeſſiles tubo longo capillari.
Tubus corollae longitudine foliorum.
Color corollae ſaepius flavus; a frigore veſpertino circa horam quartam fatiſcit, contrahitur, vixque aperit iterum florem, niſi calidis a ſplendente ſole diebus.
Variat α) corollis totis flavis.
β) tubo flavo, limbo violaceo.
Difficile ſiccantur hae ſpecies, cum a frigore vel minimo humidae evadunt et corollae apicem primo, dein limbum totum contrahunt criſpando. Non conſervantur et exſiccantur, niſi in libro bene incluſae teneantur, usque dum ſemiſiccatae fuerint; tum ſeparandae erunt, alias chartae ita adglutinantur, ut ſeparari ſine laceratione nequeant.

AITONIA.

CAL. *Perianthium* 1-phyllum, corolla multo brevius, erectum, 4-partitum: laciniae ovatae, acutae.
COROLLA 4-petala, erecta. *Petala* lato-ovata, convexa, obtuſiſſima, unguicularia, albo-purpurea vel incarnata.
STAM. *Filamenta* ſaepiſſime 8, raro 9 vel 10, a baſi fere ad medium in unum corpus

coalita, inde libera, lineari-ſubulata, ſulcata, corolla longiora, exſerta, pallida, vireſcentia.

Antherae ovatae, ſulcatae, flavae ſtria fuſceſcente.

PIST. *Stylus* filiformis, longitudine filamentorum. *Stigma* ſimplex, obtuſum.

PERIC. *Bacca* ovata, exſucca, membranacea, fragilis, inflata, 4-angularis: angulis productis acutis, glabra, magnitudine Pruni.

SEMINA Columnae affixa, globoſa, glabra, ſolitaria.

CHARACTER *generis*: Corolla 4-petala. Bacca exſucca inflata!

LOCUS: Monadelphia, Octandria.

NOMEN in honorem Dom. AITON, Hortulani in Horto Regio Kewenſi.

SPECIES 1. A. capenſis. Thunb. Act. Lund. Tom. I. p. 166. cum figura.

CASUARINA.

Mas. CALYX nullus, ſed amentum filiforme, imbricatum; ſquamis minutis, ovatis, acutis, ciliatis, unifloris, circiter octo verticillatis.

COROLLA nulla.

STAM. *Filamentum* unicum intra ſingulum foliolum inſertum, capillare, foliolo paullo longius.

Fem. *Strobilus* ovatus, ſquamis ovatis, acutis, carinatis, ciliatis.

COROLLA nulla.

PIST. *Germen* minutum.

Stylus

Stylus filiformis, biſidus, exſertus, ſtrobilo longior.

Stigmata biſida.

Peric. *Strobilus* oblongus. Capſulae conicae, bivalves, valvulis perpendiculariter dehiſcentibus.

Semen ſolitarium, conicum, margine apiceque membranaceum.

Character *generis*: M. amenti ſquama uniflora. Cor. o.
F. Strobilus. Cor. o. ſtigmata 2, biſida. Capſula 2 - locularis, 1 - ſperma.

Locus: Monoecia, Monandria, poſt Cynomorium.

Obſ. *Stamina octo ſunt, ad ſingulum articulum, ſed unicum tantum intra ſinguli folioli amenti apicem.*

Species 1. C. equiſetiſolia: *Verticillis ſtaminum approximatis.*

Caſuarina littorea. Rumph. Herb. Amb. Tom. 3. p. 86. tab. 57.

Caſuarina. Forſt. Gen. Plant. p. 104. tab. 52.

Malaice: Kajo Tjammara.

Creſcit in Iava et aliis Indiae orientalis inſulis.

Floret Martio et ſequentibus menſibus.

Arbor omnium facile maxima et vaſtiſſima, ramoſiſſima.

Ramuli ſparſi, teretes, cinerei, verticillato-nodoſi ex foliis deciduis: ultimi hiſpidi ex foliolis exaridis recurvis; longi, laxi, iterum ramuloſi.

Ultimi ramuli ſparſi, aggregati, filiformi-capillares, laxi, foliis decurrentibus tecti,

 articu-

articulati, ſtriati, apice florentes, digitales.

Folia (*ſi vera*) *verticillata, octona, longe decurrentia, inferne ſubconnata, erecta, apice patula, ſubulata.*

Flores in vltimis ramulis verticillato-ſpicati, maſculi et feminei diſtincti in eadem arbore.

Spica maſcula filiformis, ramulo craſſior, ſubclavata, pollicaris.

Strobilus femineus oblongus, obtuſus, ſolitarius in ramulis infra mares, pedunculatus: pedunculo vix lineam longo, erectus, magnitudine nucis.

SPECIES 2. C. nodiflora: *verticillis ſtaminum remotis.*

Arbor excelſa.

Rami et ramuli, ut in priori, ſed magis profunde ſtriati.

Flores maſculi in ultimis ramulis verticillati verticillis remotis, deſtinctis.

DISSER-

DISSERTATIO
DE
NOVIS GENERIBUS PLANTARUM.

P. III.

D. 18. JUNII 1783.

RESP.

JOH. GUST. LODIN.

GONOCARPUS.

Calyx nullus.

Corolla 4-fida, perſiſtens.

Stam. *Filamenta* 4, corollae inſerta.

Drupa infera, ſubgloboſa, corolla perſiſtente coronata, 8-gona, glabra, 1-locularis, 1-ſperma.

Character *generis:* Corolla 4-fida. Drupa 8-gona, 1-ſperma.

Locus: Tetrandria, Monogynia, poſt Elaeagnum.

Species 1. G. micranthus.

Iaponice: Faro Guſo.

Creſcit iuxta Nangaſaki in Iaponia.

Floret Auguſto.

 Radix

Radix fibroſa, annua.
Caulis tetragonus, ſolitarius vel plures, baſi decumbens, apice erectiuſculus, ſuperne ramoſus, vix ſpithamaeus.
Folia oppoſita, breviſſime petiolata, ovata, acuta, ſerrata, glabra, patentia, lineam longa.
Flores in ramis ſpicati, remoti, ſubſecundi, cernui, minuti.

OTHERA.

Cal. *Perianthium* 1-phyllum, glabrum, 4-partitum, perſiſtens: *laciniae* ovatae.
Corolla 4-petala, alba. *Petala* ovata, obtuſa.
Stam. *Filamenta* 4, baſi infima petalorum inſerta, corolla duplo breviora.
Antherae didymae, 4-ſulcatae.
Pist. *Germen* ſuperum, glabrum.
Stylus nullus, ſed ſtigma unicum, ſeſſile.
Fructus ignotus.
Character *generis*: Petala ovata, plana. Cal. 4-partitus. Stigma ſeſſile. Capſula?
Locus: Tetrandria, Monogynia, poſt Rhacomam.
Species 1. O. iaponica.
Iaponice Mikade ko i. e. millepeda planta.
Creſcit in Iaponia.
Caulis fruticoſus.
Rami teretes, ſtriati, purpurei.
Folia alterna, petiolata, ovata, obtuſa, integra, coriacea, glabra, patentia, ſeſquipollicaria.
Petioli ſemiteretes, glabri, lineam longi.
Flores axillares, aggregati, pedunculati.
Pedunculi ſemilineam longi.

ORIXA.

CAL. *Perianthium* 1-phyllum, 4-partitum, breviſſimum.
COROLLA 4-petala, vireſcens. *Petala* lanceolata, patentia, lineam longa.
STAM. *Filamenta* 4, petalis breviora.
Antherae globoſae.
PIST. *Germen* ſuperum.
Stylus unicus, erectus, petalis brevior.
Stigma capitatum, obtuſum.
PERIC. Capſularis videtur eſſe fructus.
LOCUS: Tetrandria, Monogynia, poſt Rhacomam.
CHARACTER *generis*: Petala lanceolata, plana.
Cal. 4-partitus.
Stigma capitatum. Capſula?
SPECIES I. O. Iaponica.
Creſcit in Iaponia.
Caulis fruteſcens, flexuoſus, glaber, erectus, ramoſus, orgyalis.
Rami alterni, glabri, ultimi villoſi.
Folia alterna, petiolata, ovata, integra, ſupra viridia, ſubtus pallida, villoſa imprimis iuniora, patentia, ſemipollicaria.
Flores racemoſi, racemis alternis pollicaribus.
Bracteae ſub pedicellis concavae, oblongae, glabrae.
Pedunculi et pedicelli villoſi.

SKIMMIA.

CAL. *Perianthium* 1-phyllum, viride, minimum, perſiſtens, ad baſin fere 4-partitum: *laciniae* ovatae, acutae.
COROLLA 4-petala, alba. *Petala* ovata, minuta, concava.
STAM. *Filamenta* 4, breviſſima.

Pist. *Germen* ſuperum.
Stylus unicus.

Pericarp. Bacca ovata, umbilicata, glabra, rubra, obſolete 4-ſulcata, magnitudine piſi, intus farinaceo-pulpoſa, alba, ſubquadrivalvis.

Semina quatuor, ſubtrigona ſeu externe convexa, oblonga, alba.

Character *generis*: Pet. 4, concava.
Cal. 4-part.
Bacca 4-ſperma.

Locus: ante Rhacomam.

Species I. S. japonica.

Iaponice: Portugal no ki, Sin San, vulgo Mijama Skimmi, Kaempf. Am. exotic. faſc. V. pag. 779.

Creſcit prope Nangaſaki, urbem Iaponiae.

Caulis fruticoſus, erectus, glaber.

Rami alterni, ſubtetragoni.

Folia in apicibus ramorum, alterna, petiolata, frequentiſſima (ut fere verticillata), oblonga, undulata, integra, apicem verſus obſolete crenata, erecta, acuminata, margine reflexa, digitalia; ſupra ſaturatius viridia, rugoſa; ſubtus pallidiora, punctata; craſſa, ſempervirentia, ſapore aromatico.

Petioli ſemiteretes, craſſiuſculi, unguiculares.

Flores in apice ramorum, paniculati.

Pedunculi teretes, incraſſati, unguiculares.

Fructus maturus Decembri.

Perianthium raro 5-partitum.

NIGRINA.

NIGRINA.

Cal. nullus.
Corolla 4-petala, infera.
Stam. *Filamenta* 4, breviſſima.
Fructus forſan capſula.
Character *generis:* Cor. 4-petala. Capſula?
Locus: Tetrandria, Monogynia, ante Elaeagnum.

Species I. N. ſpicata.
Creſcit in Iaponia.
Caulis herbaceus, ſubſucculentus, teres, glaber, erectiuſculus, palmaris vel ultra.
Folia oppoſita, petiolata, ovato-oblonga, obtuſa, ſerrata, glabra, ſupra viridia, ſubtus pallida, ſeſquipollicaria.
Petioli unguiculares.
Flores axillares, ſpicati.
Spica compoſita: ſpiculis alternis, floſculis oppoſitis.
Bractea ſub ſingulo floſculo ovata, acuta.
Planta ſiccatione nigreſcit.

DORAENA.

Cal. *Perianthium* 1-phyllum, 5-fidum, corolla brevius: *laciniae* ovatae, concavae, glabrae, corolla breviores.
Corolla 1-petala, ſubcylindrico-rotata, 5-fida: *limbi* laciniae ovatae, obtuſae, erectae.
Stam. *Filamenta* 5, tubo corollae inſerta, breviſſima ut fere nulla.
Antherae oblongae, ſubtetragonae, incluſae.
Pist. *Germen* ſuperum, conicum, glabrum.
Stylus 1, filiformis, corollae longitudine.
Stigma truncatum, emarginatum.

Peric.

Peric. *Capſula* ovata, acuta, glabra, 1-valvis, 1-locularis, polyſperma, magnitudine Piperis.

Character *generis:* Capſula 1-locularis.
Corolla 5-fida.
Stigma emarginatum.

Locus: Pentandria, Monogynia, poſt Menyanthem.

Species I. D. japonica.

Creſcit in Iaponia.

Iaponice: Tuſukaki, item Fitatſi et Senrjo.

Caulis arboreus, orgyalis, ramoſus.

Rami alterni, teretes, glabri, cinerei, divaricati.

Folia alterna, petiolata, oblonga, acuminata, remote et obſolete ſerrata, nervoſa, glabra, patentia, digitalia.

Petioli ſemiteretes, ſupra ſulcati, glabri, *unguiculares.*

Flores racemoſi, albi, minuti.

Racemi axillares, vix unguiculares.

DRYANDRA.

Cal. *Perianthium* 2-phyllum: *laciniae* ovatae, acutae, corolla breviores.

Corolla 5-petala, flava. *Petala* ovato-oblonga, reflexo-patula, unguicularia.

Stam. Filamenta novem, inferius in unum corpus coalita, inaequalia, corolla dimidio breviora.

Antherae minutae.

Pistillum in flore maſculo nullum adſuit in tota panicula, unde flores dioicos eſſe conjicio.

Locus: Monadelphia, Enneandria.

Species I. D. cordata.

Iapon

Iaponice: *Dodicku et Abraſin. Kaempf. Am. exot. faſc. V. pag. 789.*

Creſcit in inſula Nipon, in regionibus Fakoniae et alibi.

Floret Maio, Iunio.

Caulis arboreus, orgyalis et ultra.

Rami teretes cortice rugoſo, punctati, glabri.

Folia in ramulorum apicibus approximata, alterna, petiolata, cordata, acuta, integra, quinquenervia nervis ramoſis, glabra, ſubtus pallidiora, patentia, palmam lata et longa.

Petioli longitudine fere folii, teretes.

Flores terminales, paniculati.

Paniculae rami dichotomi et trichotomi, patuli.

E ſeminibus oleum exprimitur pro lucernis, abraſin goma *dictum.*

AUCUBA.

Flores maſculi:

CAL. *Perianthium* 1-phyllum, truncatum, obſolete 4 dentatum, viride, villoſum, breviſſimum, perſiſtens.

COROLLA 4-petala. *Petala* ovata, acuta, patentia; ſubtus concava, viridia, piloſa, ſupra convexa, purpurea; lineam longa, decidua.

STAM. *Filamenta* 4, receptaculo inter petala inſerta, craſſa, erecta, breviſſima, alba, baſi purpuraſcente.

Antherae ovatae, didymae, 4-ſulcatae, purpuraſcentes.

Receptaculum convexo-planum, viride, glabrum, foramine medio quadrato impreſſo.

Flores

Flores feminei in eadem arbore.

Pist. *Germen* inferum.
Stylus craſſus, brevis.
Stigma ſimplex, capitatum.

Peric. *Nux* ovata, 1-locularis.

Character *generis:* Mas. Cal. 4-dentat. Cor. 4-petala.
Fem. Nectar. O. Nux 1-locularis.

Locus: Monoecia, Tetrandria, poſt Serpiculam.

Affinis valde Serpiculae; ſed diſtincta:
α) Receptaculo maris perforato.
β) Nectario nullo.

Species I. A. japonica.

Iaponice: Aukuba Kaempf. Am. exot. faſc. V. pag. 775.

Creſcit in Kokora Iaponiae alibique, culta vulgaris.

Floret Iunio et fructus maturus uſque in Martium.

Arbor magna, ramoſa.

Rami dichotomi, teretes, glabri, ſubcarnoſi, divaricati.

Folia in apicibus ramulorum aggregata, petiolata, oblonga, acuta, remote ſerrata, glabra, ſubtus pallidiora, palmaria, pollicem lata et ultra.

Petioli unguiculares.

Flores terminales, paniculati.

Pedunculi et pedicelli villoſi.

Variat a) *foliis fuſco-viridibus, immaculatis.*
b) *foliis laete viridibus, albo-variegatis.*

Floret etiam puſilla.

Exſiccatione tota nigreſcit.

BUMALDA.

Cal. *Perianthium* 1-phyllum, ad baſin fere 5-partitum: *laciniae* ovatae, obtuſae, concavae, ferrugineo-albae, corolla paullo breviores.

Corolla 5-petala, alba. Petala lineari-obovata, germine inſerta.

Stam. *Filamenta* 5, unguibus petalorum inſerta, filiformia, erecta, hirta, longitudine fere corollae.

Antherae dorſo inſertae, ovatae, didymae.

Pist. *Germen* ſuperum, conicum, villoſum.

Styli duo, erecti, villoſi, longitudine filamentorum.

Stigmata ſimplicia, capitata, truncata.

Pericarpium non vidi maturum, ſed videtur eſſe Capſula bilocularis.

Character *generis*: Capſula 2-locularis, biroſtris.
Corolla 5-petala.
Styli villoſi.

Locus: Pentandria, Digynia, ante Phyllidem.

Species I. B. trifolia.

Creſcit in montibus Fakoniae.

Floret Maio, Iunio.

Caulis fruticoſus, denſe ramoſus, omnibus partibus glaber.

Rami teretes, obſolete angulati, geniculati, purpurei.

Ramuli oppoſiti, filiformes, ramis ſimiles, patentiſſimi, folioſi.

Folia oppoſita, petiolata, ternata. Foliola ovata, acuminata, tenuiſſime ſerrata, ſubtus pallida, breviſſime petiolulata, unguicularia.

Petioli

Petioli capillares, patentiſſimi vel reflexi.
Flores in ramis terminales, racemoſi pedunculis capillaribus.

LINDERA.

CALYX nullus.
COROLLA 6-petala. Petala ovata, obtuſa, flaveſcentia, ſemilineam longa.
STAM. *Filamenta* ſex, germini inſerta, corolla multoties breviora.
Antherae minutae.
PIST. *Germen* ſuperum, ovatum, glabrum.
Stylus unicus, erectus, corolla paullo brevior.
Stigmata duo, reflexa.
PERIC. *Capſula* bilocularis.
CHARACTER *generis:* Corolla 6-petala. Capſula.
LOCUS: Hexandria, Monogynia, ante Orontium.

SPECIES I. L. umbellata.
Iaponice: Kuro Noſſi, kuro Moji, it. Kuro *Ganni Motji.*
Kuro Noſſi. Kaempf. Am. ex Faſc. V. p. 908.
Creſcit in Fakona, monte Iaponiae.
Floret Aprili, Maio.
Caulis fruticoſus, laxus.
Rami et ramuli alterni, flexuoſi, glabri, patentiſſimi.
Folia in ultimis apicibus ramulorum aggregata, petiolata, oblonga, acuta, integra; ſupra viridia, glabra; ſubtus pallida, villoſa; pollicaria.
Petioli vix lineam longi, ſupra villoſi.
Flores terminales, umbellati.
Umbella ſimplex, multiflora.

Pedun-

Pedunculi parum piloſi, unguiculares.
Pedicelli tomentoſi, duplo fere breviores.
Uſus: e ligno conficiunt Iaponenſes penicillos molles pro purificandis dentibus.

T O M E X.

CAL. *Involucrum* univerſale 5-phyllum, raro 6-phyllum, 5-florum, rarius 6-florum, perſiſtens: folia ovata, extus tomentoſa, obtuſiſſima, inaequalia, imbricata, valde concava, exterioribus minoribus.

Perianthium proprium (vix corolla) 5-phyllum, perſiſtens: foliola lanceolata, extus villoſa, erecto-patula.

COROLLA nulla, niſi Perianthium proprium.

STAM. Filamenta 12, filiformia, inaequalia; exteriora 5, longitudine involucelli; interiora 7, alba, breviora.

Antherae ovatae, didymae, flavae.

Nectarium: Squamae 5, inter ſtamina interiora ſitae, plicatae, crenatae, virides, glabrae, longitudine filamentorum.

PIST. *Germen* ſuperum, triquetrum, viride, glabrum, inter nectari ſquamas medium.

Stylus nullus.

Stigma ſubulatum, vireſcens, abortiens.

CHARACTER *generis:* Corolla o. Cal. duplex: involuc. 5-phyllum. Perianth. 5-phyllum.

LOCUS: Dodecandria, Monogynia, poſt Aſarum.

SPECIES I. T. japonica.

Iaponice: Fiwa.

Creſcit in Koſido, ſatis vulgaris.

Floret Octobri, Novembri.

Caulis arboreus, excelſus, ramoſus, plus quam orgyalis.

Rami et ramuli tomentoſi, noduloſi, ultimi angulati.
Folia alterna, petiolata, oblonga, obtuſa, integerrima, erecta, parallelo-nervoſa; ſupra glabra, viridia; ſubtus incano-tomentoſa; palmaria iunioribus minoribus.
Petioli angulati, ſtriati, tomentoſi, pollicares.
Flores axillares, in capitulum collecti, pedicellati.
Pedunculi angulati, ſtriati, ſolitarii, tomentoſi, bracteati, ſemiunguiculares.
Bracteae oppoſitae prope baſin, minutae, tomentoſae.
Pedicelli intra capitulum breviſſimi, quini, raro ſex, uniflori, tomentoſi, ſemilineam longi.
Fructus nunquam vidi.

APACTIS.

Calyx nullus.
Corolla 4-petala. Petala ſubrotunda, crenata, concava, inaequalia, oppoſitis latioribus.
Stam. *Filamenta* circiter 16 usque ad 20.
Pist. *Germen* ſuperum.
Stylus unicus.
Character *generis:* Corolla 4-petala. Cal. 0.
Locus: Dodecandria, Monogynia, poſt Rhizophoram.
Species 1. A. japonica.
Caulis arboreus, erectus, ramoſiſſimus.
Rami alterni, teretes, punctato-ſcabri, erecti.
Ramuli ramis ſimiles, ultimi frequentes.
Folia in ramulis alterna, petiolata, ovata, acuta, ſerrata, baſi integra, nervoſa, glabra, ſubtus-pallidiora, pollicaria.
Petioli ſemiteretes, ſulcati, ſemiunguiculares.

Flores

Flores *in ultimis ramulis racemoſi.*
Racemi ſaepe ovati, excreſcentes magis oblongi.
Pedunculus et pedicelli villoſo-ſcabri.

EURYA.

CAL. *Perianthium* 5-phyllum, calyculatum: calyculus diphyllus, calyci ſimilis, triplo minor. Foliola calycis ovata, concava, obtuſa, extus fuſca vel viridia, glabra, intus viridia, ſemilineam longa.

COROLLA 5-petala. Petala ſubrotundo-ovata, concava, alba, magnitudine calycis.

Nectarium: puncta vel margo purpureus ad baſin filamentorum.

STAM. *Filamenta* 13, breviſſima vt fere nulla, alba.

Antherae erectae, 4-gonae, albidae, longitudine fere corollae.

PIST. *Germen* ſuperum, convexum, glabrum.

Stylus ſubulatus, viridis, antheris brevior.

Stigmata tria, reflexa.

PERIC. Capſula globoſa, ſtylo perſiſtente acuta, glabra, 5-valvis, 5-locularis, magnitudine vix Piperis.

SEMINA ſubtrigona, punctata, brunnea, glabra.

CHARACTER *generis*: Cor. 5-petala. Cal. 5-phyllus, calyculatus.
Capſ. 5-locularis. Stam. 13.

LOCUS: Dodecandria, Monogynia, poſt Triumfettam.

SPECIES I. E. japonica.

Iaponice: Fiſakaki, it. Siba.

Fiſakaki. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 778.

Creſcit juxta Nangaſaki in montibus, vulgaris.

Floret Septembri, Octobri.

Caulis fruticoſus, ut omnes eius partes, glaber.

 Rami

Rami et ramuli alterni, laxi, erecto-incurvi, cinerei.

Folia in ramulis alterna, frequentia, petiolata, elliptica ſeu oblonga, utrinque attenuata, ſerrata margine parum reflexo, baſi integra, glaberrima, craſſiuſcula, ſempervirentia, diſticha, erecta, acumine emarginato, nervoſa: ſupra viridia; ſubtus flaveſcentia; pollicaria et ultra.

Petioli decurrentes, ſemiteretes, ſupra ſulcati, glabri, lineam longi.

Flores axillares, bini, pedunculati, cernui, raro ſolitarii et terni.

Pedunculi filiformes, uniflori, glabri, cernui, petiolis vix longiores.

Dioici videntur flores ſaepius eſſe.

CLEYERA.

Cal. *Perianthium* 1-phyllum, coriaceum, glabrum, perſiſtens, corolla brevius, 5-partitum: *laciniae* ovatae, rotundatae.

Corolla 5-petala. Petala ovata, acuta, flaveſcentia.

Stam. *Filamenta* circiter 30, germinis lateribus inſerta, capillaria, inaequalia, baſi interdum laeviſſime cohaerentia, corolla multo breviora.

Antherae ſubulatae, didymae, hirtae, fuſcae.

Pist. *Germen* ſuperum, convexum, glabrum.

Stylus unicus, ſimplex, filiformis, ſtaminibus longior.

Stigma emarginatum.

Peric. *Capſula* ovata, acuta, glabra, calyce perſiſtente reflexo cincta, bivalvis, bilocularis, magnitudine Piſi minoris.

Chara-

Character *generis:* Capſula 2-locularis. Cor. 5-petala.

Nomen in memoriam Medici olim et Botanic. Jap. Dom. Cleyeri.

Locus: Polyandria, Monogynia, poſt Tiliam.

Species I. C. japonica.

Iaponice: Mokokf vel Mukokf. Kaempf. Am. exot. Faſc. V. p. 873. fig. p. 774.

Creſcit prope Naugaſaki.

Floret menſibus autumnalibus.

Caulis arboreus, ramuloſus, omni parte glaber.

Rami et ramuli ſubverticillati, terni, quaterni vel quini, cinerei, rugoſi, ſecundi, erecti.

Folia in ultimorum ramulorum ultimo apice ſubverticillata, quaterna, quina vel ſena, inaequalia, petiolata, oblongo-ovata, obtuſa, apice tenuiſſime ſerrata, craſſa, ſempervirentia, ſupra laete viridia, ſubtus pallidiora, plana, ſeſquipollicaria.

Petioli ſemiteretes, ſupra ſulcati, rubri, lineam longi.

Flores axillares, unus, duo vel tres, pedunculati.

Pedunculi cernui, uniflori, ſemipollicares.

Differt a Vateria indica, cui ſimilis videtur:

1. *Capſula laevi, biloculari, minori.*
2. *Foliis longe minoribus et obtuſioribus.*
3. *Floribus axillaribus in pedunculis unifloris.*

LICUALA.

Cal. *Perianthium* tripartitum, extus piloſum.

Corolla ad baſin fere tripartita: *Laciniae* ovatae, acutae, concavae.

Nectarium ſertiforme, truncatum, corolla duplo brevius.

Stam. *Filamenta* ſex, nectario inſerta, erecta, breviſſima, alba.
Antherae oblongae, didymae, flavae.
Pist. *Germen* ſuperum, convexum, tripartitum, ſulcatum, glabrum.
Stylus unicus, ſimplex.
Stigmata duo.
Peric. *Drupa* globoſa, magnitudine Piſi.
Nux dura.
Character *generis:* Cor. 3-partita.
Cal. 3-partitus.
Nectarium ſertiforme.
Drupa.
Locus: Hexandria, Monogynia, ante Bromeliam.
Species I. L. ſpinoſa.
Licuala ſpinoſa. Bar. v. Wurmb Act. Batav. P. 2, p. 469. Thunb. Act. Stockholm. 1782. pag. 284.

DISSERTATIO
DE
NOVIS GENERIBVS PLANTARVM.

P. IV.

D. 3. JUN. 1784.

RESP.

PETR. ULR. BERG.

TECTONA.

CAL. *Perianthium* 1-phyllum, 6-partitum, perſiſtens; extus tomentoſum, intus glabrum: *laciniae* ovatae, erecto-patulae.

COROLLA 1-petala, rotata, 6-partita: *laciniae* ovatae, patulae, extus tomentoſae, intus glabrae, longitudine laciniarum calycis.

STAM. *Filamenta* 6, ori tubi corollae inſerta, breviſſima.

Antherae rotundae, didymae, ſubexſertae, altero latere brunneae, altero flavae.

PIST. *Germen* ſuperum, ovatum, cinereo-villoſum, calyce tectum.

Stylus filiformis, erectus, calyce paulo longior.

Stigmata duo, revoluta, obtuſa.

Peric. *Drupa* ovata, calyce tecta, cinereo-villoſa, 4-valvis, 4-locularis, magnitudine avellanae.

Semina minuta.

Character *generis*: Corolla 6-partita.
Cal. 6-partitus, inferus.
Bacca 4-locularis.

Locus: Hexandria, Monogynia, poſt Prinos.

Flores etiam in Figura Rhediana ſaepiſſime Hexandri ſunt.

Species I. T. grandis.

Tektona. Linn. Suppl. Syſt. p. 20.

Malaice: Cajo Iatu.

Hollandis: Cajaten hout.

Creſcit in ſylvis inſularum Javae et Ceylonae in Malabaria, Coromandelia et alibi. Saepe culta.

Arbor maxima.

Folia oppoſita, ſeſſilia, ovato-oblonga, utrinque attenuata, integra nervoſa, ſubtus cinerea, ſupra glabra, punctisque frequentibus adſperſa, patentia, palmam lata, ſpithamaea et ultra.

Flores paniculati.

Panicula ſupradecompoſite tripartita, patens, tota tomentoſa.

Pedunculi et pedicelli decuſſati, tetragoni, quadriſulcati, tomentoſi.

Bracteae ſub ſingulo pedicello duae, oppoſitae, lanceolatae, integrae, deciduae, lineam longae.

Uſus: Lignum, licet poroſum, admodum tamen robuſtum et durum, variis rebus ut ſcriniis, thecis, menſis fabricandis, inprimis

vero

vero pro trabibus domorum inſervit, hancque ob rationem etiam ad Caput bonae Spei advectum care divenditur.

APONOGETON.

Aponogeton Linn. ſupplem. Syſtem. p. 32.

Calyx et Corolla nulla, niſi ſquama ſpathacea externum floris latus cingens, ſimplex, ſeſſilis, ovata, obtuſa, integra, erecta, glabra, alba.

Stam. *Filamenta* 11 - 19, ſuperioribus floribus pauciora, inter capſulas et ſpatham inſerta, ſubulata, glabra, alba, ſpatha multoties breviora.

Antherae fuſcae.

Pist. *Germina* plerumque 4, raro 3, 5.

Stylus nullus.

Stigmata ſubulata, incurvata.

Peric. *Capſulae* 4, rarius 3, 5, ovatae, ſubulato - acutae, exteriori latere gibbae, interiori planae, glabrae, 1 - loculares.

Semina in qualibet capſula tria, baſi capſulae affixa, ſeſſilia, obovata, obtuſiſſima, ſubcompreſſa, glabra, rubra.

Character *generis:* Cal. o.
Bractea. Capſ. 4

Locus: Dodecandria, Tetragynia.

Species 1. A. *monoſtachyon:* ſpica ſimplici, foliis cordato - ovalibus.

Aponogeton monoſtachyon. Linn. Suppl. p. 24.

Creſcit in inundatis Coromandeliae, Ceylonae.

Scapi et petioli radicales.

Folia cordata, ovato - oblonga, acuta, integra, glabra.

Flores ſpicati bracteis breviſſimis.

Species 2. A. criſpum: *ſpica ſimplici, foliis enſiformibus criſpis.*

Habitat Novembri, Decembri.

Radix fibrilloſa.

Scapi lineares, foliis triplo longiores, flexuoſi, erecti, glabri.

Folia petiolata, enſiformia, acuminata, criſpa, glabra, petiolis longiora, ſpithamaea.

Flores ſpicati interrupta, pollicaria.

Species 3. A. *diſtachyon:* ſpica bifida, foliis elliptico-lanceolatis.

Aponogeton diſtachyon. Linn. Suppl. p. 215.

Incolis: Water Uyntjes i. e. Bulbi aquatici.

Habitat in rivulis ad Caput bonae Spei iuxta Paarl et alibi.

Radix globoſa, carnoſa, fibroſa, glabra.

Caulis nullus, ſed petioli et ſcapi radicales, longi pro rivuli profunditate, lineares, compreſſi, ſtriati, glabri, ſimpliciſſimi, molles.

Folia in iunioribus petiolis nulla, in adultis oblonga-ovata, acuta, integerrima, glabra, natantia, digitalia et ultra. Omnino referunt folia Potamogetonis natantis.

Pedunculus in duas rachides diviſus. Rachis ſemiteres, patens, glabra, multiflora, alba.

Flores ſpicati, alterni, ſecundi.

Folia adulta viridia, iuniora ruſeſcunt.

Flores ſuavem odorem ſpargunt.

Bracteae ſub floreſcentia albae, aetate vireſcunt.

Facies Potamogetonis reſpectu foliorum.

HEMI-

HEMIMERIS.

CAL. *Perianthium* 1-phyllum, ad baſin fere 5-partitum, corolla multo brevius: *Laciniae* inaequales, ovatae, perſiſtentes.

COROLLA 1-petala, rotata, ringens. *Tubus* breviſſimus, vix ullus, intruſus, albus: *Labium* ſuperius fiſſum, baſi ſaccatum foſſulis nectareis, inferius concavum, obtuſum.

STAM. *Filamenta* 2-4, filiformia, baſi labii inferioris inſerta, circumflexa.

Antherae minimae, cordatae, cohaerentes, flavae.

PIST. *Germen* ſuperum, acutum, glabrum.

Stylus filiformis, longitudine et ſitu ſtaminum.

Stigma ſimplex, acutiuſculum.

PERIC. *Capſula* ovata, acuta, didyma, baſi altero latere gibba, bivalvis, bilocularis.

SEMINA plurima, glabra.

CHARACTER *generis*: Capſula 2-locularis, loculo altero gibboſiore.
Corolla rotata foſſula nectarea.
Stamina circumflexa.

LOCUS: Didynamia, Angioſpermia, ante Antirrhinum.

Affinis Antirrhino et Columneae; differt vero

I) ab Antirrhyno: *capſula longiori, teretiori, latere altero gibboſa; corolla rotata, ſaccata, non cornuta.*
Staminibus circumflexis.

II) a Columnaea: *corolla rotata.*
Staminibus circumflexis.

Hemimeris.

Hemimeris. Linn. Suppl. p. 45.
Filamenta 2, ut in Diandria; antherae connatae, ut in Syngeneſia.
Species I. *H. montana:* diandra foliis oppoſitis ovatis crenatis.
Hemimeris montana. Linn. Suppl. p. 280.
Creſcit in collibus montium Capenſium.
Floret Julio, Auguſto.
Radix fibroſa, annua.
Caulis ſimplex vel prope radicem ramoſus, tetragonus, flexuoſo-erectus, pubeſcens, purpuraſcens, palmaris.
Rami oppoſiti, ſimplices, cauli ſimiles.
Folia oppoſita, petiolata, lato ovata, obtuſa, crenata, glabra, nervoſa, internodiis breviora, patentia, ſupra viridia, ſubtus purpuraſcentia, unguicularia.
Petioli longitudine foliorum, ſemiunguiculares, decurrentes, lineares, ſupra ſulco longitudinali, purpuraſcentes, hirti; axillae foliis onuſtae.
Flores axillares, pedunculati, vel terminales.
Pedunculi oppoſiti, uniflori, lineares, compreſſi, apice latere externo ſemicirculo elevato purpureo, longitudine foliorum.
Calycis laciniae obtuſae: duae inferiores magis lineares, transverſae; tres ſuperiores proximiores; intermedia magis ovata, viridia, margine ſaturatiore.
Corolla tenuiſſime villoſa, tota flava: lacinia media circulo utrinque punctorum purpureorum. Labium ſuperius inflexum, profunde tripartitum: laciniae *laterales callo obtuſo baſeos, ovatae, obtuſae, breviores; intermedia latior, emarginata. L. inferius media lacinia labii ſuperioris latius, obtuſiſſimum*

tuſiſſimum, longius, emarginatum, concavo-planum, patens; baſi dente duplici genitalia cingente, erecto.

Filamenta *2, baſi circumflexa, labio inferiori adpreſſa, eiusque dentibus incluſa, breviſſima.*

SPECIES. 1. *H. macrophylla:* tetrandra foliis oppoſitis cordato-ovatis dentatis.

Creſcit *inter Bockland et Hantum prope rivum, in Capite bonae Spei.*

Radix *annua, fibroſa.*

Caulis *baſi flexus, ſtatim a radice ramoſus.*

Rami *oppoſiti, tetragoni, glabri, ſimpliciter ramuloſi, ramulis conſimilibus, laxi, erecti, inter arbuſcula adſcendentes, virides, purpureo-variegati, pedales.*

Folia *oppoſita, petiolata, cordato-ovata, obtuſiuſcula, dentata, patentia, glabra; ſupra viridia, concaviuſcula, ſulco longitudinali veniſque impreſſis; ſubtus pallida, carina veniſque elevatis; inferiora maiora, unguicularia, ſuperiora ſenſim minora.*

Flores *alterni, pedunculati.*

Pedunculi *capillares, erecti, apice curvi, piloſi, purpurei, unguiculares.*

Bracteae *ſub baſi pedunculi, ſeſſiles, cordato-ovatae, obtuſiuſculae, concavae, integrae, reflexae, lineam longae.*

Perianthium *ſubbilabiatum; labium ſuperius tripartitum, erectum; inferius bipartitum, laciniis lanceolatis, acutis, glabris, viridibus, corolla multoties brevioribus, intus concavis, extus ſubcarinatis.*

Corolla *violacea:* labium *ſuperius minus, erectum, fornicatum; intus baſi lacuna transverſa magna, medio lineis duabus purpureis*

purpureis, extus baſi bicalloſum: callis exſtantibus, obtuſis, luteſcentibus; apice emarginatum; lobis rotundatis, integris; labio inferiori triplo minus. Labium *inferius maximum, tripartitum, bicornutum: laciniae laterales expanſae, oblongae, obtuſiſſimae, baſi concavae, intermedia conſimilis, ſed paulo maior.* Cornua *antica, ſenſim attenuata, ſubulata, ſurſum curvata, ſubunguicularia.*

Filamenta *4, inaequalia: duo longiora, baſi labii ſuperioris inſerta, erecta; duo breviora, baſi labii inferioris inſerta, baſi circumflexa, erecta.*

Capſula *ſublinearis, calyce perſiſtente coronata, parum curvata, vtrinque ſulco exarata, glabra, ſtylo perſiſtente, unguicularis.*

Species 2. *H. unilabiata:* tetrandra foliis oppoſitis pinnatifidis.

Antirrhinum unilabiatum. Linn. Suppl. p. 279.

Creſcit *in Capitis bonae Spei ſabuloſis, prope Verlooren Vallei.*

Floret *Octobri.*

Radix *fuſiformis, fibrilloſa, annua.*

Caulis *tetragonus, piloſus, purpuraſcens, ſtatim a radice ramoſus, breviſſimus.*

Rami *decuſſati, tetragoni, glabri, ſimplices vel ramuloſi, erecto-diffuſi, longiſſimi, ſpithamaei.*

Ramuli *ramis ſimiles.*

Folia *ſub ramis et ramulis oppoſita, petiolata, pinnatifida, pollicaria.* Laciniae *alternae, lineares, obtuſae, integerrimae.*

Petiolus *linearis, lateribus decurrens, ſubtus convexus, ſupra canaliculatus, glaber, folio brevior.*

Flores

Flores alterni, pedunculati.

Bractea ſub ſingulo pedunculo linearis, obtuſa, glabra, patens, pedunculo brevior.

Pedunculus tetragonus, ſubpiloſus, erectus, cernuus, uniflorus, unguicularis.

Perianthium viride, piloſum: laciniae lanceolatae, obtuſae, patulae, corolla multoties breviores, lineam longae, binae poſticae reflexae.

Corollae labium ſuperius maximum, baſi violaceum, bicornutum, tripartitum; laciniae ſubaequales, orbiculato-ovatae, undulatae, integrae; intermediae erectae; laterales ſubverticales, ſanguineae verſus baſin ſtriis ſaturatioribus. Cornua bina, dependentia, conica, obtuſa, breviſſima, calyce paulo breviora, intus extusque flava. Labium inferius (ſubnullum) reſpectu ſuperioris minimum, lateraliter oblongum, ſeu dilatatum, ſanguineum, ſuperiori media parte erecta, inferiori revoluta.

Filamenta 4, duo ſuperiora longiora et maiora, baſi clavata, dein ſtyliformia, arcuato-inflexa; duo breviora.

Antherae inflexae, minimae; baſi virides; medio flavae; apice villoſae, caeruleae.

Capſula ovata, ſubtetragona, biſulca, apice compreſſa, emarginata, ſubvilloſa, calyce ſtyloque perſiſtentibus coronata.

SPECIES 4. *H. ſabuloſa:* diandra foliis oppoſitis pinnatifidis.

Hemimeris ſabuloſa. Linn. Suppl. p. 280.

Creſcit in collibus ſabuloſis capenſibus.

Floret Iulio, Auguſto.

Radix capillaris, fibroſa, annua.

Caulis tetragonus, ſuberectus, glaber, digitalis.

Kami

Rami decuſſati, patentiſſimi, diffuſi, tetragoni, glabri, folioſi, ramuloſi, purpuraſcentes; inferiores longiores, digitales; ſuperiores breves.

Folia oppoſita, petiolata, inciſo-pinnatifida, patentia glabra: laciniae obtuſae, oppoſitae, integrae.

Petioli longitudine foliorum, ſubtus convexi, ſupra ſulcati, glabri, ſemiunguiculares.

Flores axillares, pedunculati.

Pedunculi uniflori, glabri, ſulcati, longitudine foliorum.

Calycis laciniae breviores, virides: margine purpuraſcente; duabus inferioribus paulo latioribus, patentibus, tribus ſuperioribus erectis.

Corolla flava lobo medio utrinque purpureo-punctato.

Labium ſuperius trifidum, reflexum: lobi laterales obtuſi, intus lacuna, extus baſi utrinque callo, minimo, vix obſervando; intermedius latior, emarginatus.

L. inferius concavum, ſurſum inflexum, integrum, piloſum. Palatum utrinque gibbere intus prominulo.

Filamenta duo, labio inferiori adpreſſa, eoque breviora.

Conveniunt H. montana, diffuſa et ſabuloſa:

α) corolla non bicaudata, ſed callis duobus prominentibus.

β) Capſula ovata, acuta.

Caulis et Folia, praeſertim tenella, ſubtus purpuraſcunt.

Species 5, *H. diffuſa*: tetrandra foliis alternis oppoſitisque pinnatifidis.

Hemi-

Hemimeris diffuſa, Linn. Suppl. p. 280.

Creſcit in collibus arenoſis iuxta Cap in arena mobili littoris infra Leuwenſtaart.

Floret Iulio, Auguſto.

Radix fibroſa, annua.

Caulis unicus vel plures radicales, ſimplices, angulati, decumbentes, glabri, vix ſpithamaei.

Folia oppoſita alternaque, petiolata, glabra, pinnatifida; ſubra ſulco, ſubtus rachide longitudinali; unguicularia: pinnae ovatae, obtuſae, ſaepe dente unico notatae vel integrae.

Petioli lineares, ſupra ſulco longitudinali, decurrentes, unguiculares.

Flores ex axillis foliorum ſolitarii, pedunculati.

Pedunculus filiformis, uniflorus, glaber, foliis longior, apice incurvus.

Calycis laciniae acutae, tres proximiores erectae, duae reflexae, ſtriatae linea elevata, lineam longae, corolla duplo breviores, margine tenuiſſime ciliatae.

Corolla extus albida, intus purpureo-violacea. Labium ſuperius bifidum: lobis obtuſis, concavo-inflexis; baſi bicalloſum, callis luteis. L. inferius trifidum: lobis concavis, obtuſis, aequalibus; intermedio emarginato.

Filamenta 4, corolla breviora, recurva, apice connato-cohaerentia; duo minora, ſurſum flexa et ſaepe in medio membrana ſubrotunda aucta, ſupra maiora inſerta, ſed inflexa: duo paulo maiora, infra minora inſerta, baſi ſpiraliter flexa, extrorſum curvata, apice inflexa.

ALECTRA.

CAL. *Perianthium* 1 phyllum, bilabiatum: *Labium* ſuperius bifidum, inferius trifidum: *laciniae* ovatae, obtuſae, tubo breviores.

 COROLLA

COROLLA 1-petala, tubuloſa: *Tubus* ſenſim parum ampliatus, unguicularis. *Limbus* patens, 5-partitus: *Laciniae* lato-lanceolatae, obtuſae, ſubtus purpureo-ſtriatae, unguiculares.

STAM. *Filamenta* 4, tubo inſerta, quorum duo paulo breviora, filiformia, flava, barbata villo flavo, longitudine tubi.

Antherae ovatae, didymae, dorſo inſertae, flavae.

PIST. *Germen* ſuperum.

Stylus filiformis, longitudine filamentorum.

Stigma incurvum, ſtylo paulo craſſius eiusque longitudine, utrinque ſtriatum.

PERIC. *Capſula* ovata, obtuſa, didyma, glabra, bivalvis, bilocularis.

SEMEN in ſingulo loculamento unicum, ovatum.

CHARACTER *generis*: Capſula bilocularis.
Corolla campanulata.
Filamenta barbata.

LOCUS: Didynamia, Angioſpermia, poſt Acanthum.

SPECIES 1. A. capenſis.

Creſcit prope fluvios Zeekoe, Sondaags et Cabeljaus revier dictos, locis graminoſis Capitis bonae Spei.

Floret Novembri, Decembri.

Radix annua.

Caulis ſimplex, teres, ſtriatus, villoſus, inanis, ſpithamaeus et pedalis.

Folia ſparſa, ſeſſilia, ovata, obtuſa, erecta, villoſa; inferiora minora; ſuperiora ſenſim maiora, unguicularia.

Flores terminales, ſpicati, lutei, purpureo-ſtriati.

Spica foliata, ſenſim florens.

Planta ſiccatione nigreſcit.

Habitus Orobanchis.

DISSER-

DISSERTATIO
DE
NOVIS GENERIBVS PLANTARVM.

P. V.

D. 25. JUNII 1784.

RESP.

CAR. FR. BLUMENBERG.

MYRISTICA.

Flores maſculi.

CALYX *Perianthium* ovatum, glabrum, trifidum: *laciniae* erecto-patulae.

COROLLA nulla, niſi calycem pro corolla ſumere velis.

STAM. *Filamentum* unicum, cylindricum, obtuſum.

Anthera unica ſub apice filamento circumcincta, ſtriata, albida.

Flores feminei.

CAL. *Perianthium* ut in mare, ſed inferne dehiſcens, deciduum.

COROLLA nulla.

PIST. *Germen* ſuperum, ventricoſum, longitudine calycis.

Stylus unicus, didymus, breviſſimus.

Stigmata duo, acuta, breviſſima.

PERIC. *Drupa* carnoſa, carne apice dehiſcente.

Nux ovata, mace reticulata cincta, glabra.

CHARACTER *generis;* Cal. 2-ſidus.
Cor. 0. Drupa.

LOCUS: Monoecia, Monandria, ante Charam, ſecundum Syſtema Linnaeanum.

SPECIES 1. M. moſchata: fructibus glabris.

SPECIES. 2. M. tomentoſa: fructibus tomentoſis. *Myriſtica* Thunb. Act. Stockh. 1782. p. 46.

E U C L E A.

Flores maſculi.

CAL. *Perianthium* monophyllum, corolla multoties brevius, ſubangulatum, glabrum, viride, 5-dentatum: dentibus breviſſimis, erectis.

COROLLA 1-petala, patula, alba, 5-partita: *laciniae* ovatae, obtuſae, concavae, niveae, ſemilineam longae.

CALYX et COROLLA ſaepe 4-fidi, ſaepius vero 5-fidi, rariſſime 6-fidi.

STAM. *Filamenta* 13, 8 in circumferentia, 5 in centro, baſi corollae inſerta, breviſſima, longitudine calycis, albida. Raro filamenta 15.

Antherae tetragono-ſubulatae, ſulcatae, erectae, albidae, apice latere utroque perforatae.

Flores

Flores feminei.

CAL. *Perianthium* monophyllum, raro 5-dentatum, ſaepius 4-dentatum, perſiſtens: *laciniae* erectae, corolla triplo breviores.

COROLLA raro 5-fida, ſaepius 4-fida: *laciniae* ovatae, obtuſae, concavae, erectae, albae.

PIST. *Germen* ſuperum, ovatum, ſubvilloſum.

Styli duo, longitudine corollae, virides, craſſiuſculi.

Stigmata emarginata ſeu bifida, obtuſa.

PERIC. *Bacca* globoſa puncto umbilicali, glabra, viridis, matura rubra, carnoſa, magnitudine Piſi.

Semen unicum, globoſum, glabrum, brunneum.

CHARACTER *generis:* Maſc. Cal. 5-fidus.
Coroll. 5-fida.
Fem. Cal. 4-fidus.
Coroll. 4-fida.
Bacca 1-ſperma.

LOCUS: Dioecia, Dodecandria, ſecundum Syſtema Linnaeanum.

SPECIES I. E. racemoſa; foliis planis.

Euclea racemoſa. Linn. Supplem. Syſt. Nat. p. 67. et 428.

Padus foliis ſubrotundis, fructu racemoſo. Burm. Afr. p. 238. tab. 84. f. 1. femina.

Creſcit in Paarden-Eyland, dunis et infra Tafelberg Capitis bonae Spei.

Floret Maio, Junio, Julio.

Radix perennis.

Caulis fruticoſus, erectus, orgyalis.

Rami ſubumbellato-terni, ramuloſi, erecti, cinereo-ruſeſcentes.

Ramuli ramis ſimiles, ruſeſcentes, glabri.

 Folia

Folia alterna, petiolata, ovata, obtuſiſſima, craſſa, ſempervirentia, glabra, ſupra viridia, ſubtus pallidiora, integerrima marginibus parum reflexis, erecta, internodiis longiora, unguicularia.
Petioli craſſi, breviſſimi, purpurei.
Flores racemoſi, maſculi et feminei in diſtincto individuo.
Pedunculi axillares, ſolitarii, angulati, glabri, reflexi.
Germinis rudimentum in fundo calycis floris maſculini ovatum, acutum, ſubvilloſum cum ſtylo ſterili.

Species 2. E. undulata: foliis undulatis.
Africanis: Gvarri-boſches.
Creſcit in Krom-revièr et alibi, in promontorio bonae Spei.
Radix perennis.
Caulis fruticoſus, vix orgyalis, ramoſiſſimus.
Rami ramulique oppoſiti, alterni et ſubumbellati, teretes, erecti, ſcabridi, cinerei.
Folia oppoſita alternaque, ſubpetiolata, ovata, obtuſiſſima, integra, undulata, ſupra viridia; ſubtus pallida, linea elevata longitudinali; erecta, ſempervirentia.
Petioli craſſi, breviſſimi.
Flores axillares, racemoſi, maſculi et feminei diſtincti in diverſo individuo.
Racemi erectiuſculi, raro reflexi.
Pedicelli oppoſiti, uniflori.
Filamenta circiter 11.
Antherae tetragonae, latere utroque perforato-dehiſcentes.
Uſus: Baccae rubrae eduntur ab Hottentottis.

HARTOGIA.

Hartogia Linn. Suppl. Syſt. p. 16.

Cal. *Perianthium* 5-fidum, perſiſtens, glabrum: *laciniae* acutae, breviſſimae.

Corolla 4-petala. *Petala* ovata, obtuſa, patentia, albida.

Stam. *Filamenta* 4, baſi germinis inſerta, breviſſima.

Antherae ovatae, ſulcatae.

Pist. *Germen* ſuperum, ovatum, glabrum.

Stylus ſimplex, ſubulatus.

Stigma acutum.

Peric. *Drupa* exſucca, ovata, ſcabriuſcula, glabra, magnitudine vix nucis avellanae.

Nux diſperma, ſubcarnoſa.

Character *generis*: Petala 4, patentia. Cal. 5-fidus.
Drupa ovata, diſperma.

Locus: Tetrandria, Monogynia, poſt Struthiolam.

Nomen in memoriam Hartogii, Peregrinatoris in promontorio bonae Spei celebris.

Species 1. H. capenſis.

Hartogia capenſis. Linn. Suppl. p. 128.

Creſcit in Capitis bonae Spei ſylvis.

Arbuſcula orgyalis, ramoſiſſima, glabra.

Rami decuſſati, teretes, cinerei, patuli. Ramuli ſimiles, ſenſim filiformes, laxi, erecto-patuli.

Folia oppoſita, elliptica, obtuſa, emarginata, ſerrata, inferne integra, attenuata in petiolum, erecta, glabra, digitalia.

Flores axillares, paniculati, cernui, minuti.

Adeo ſimilis Schreberae ſcinoidis, ut diu eandem crediderim, ſed differt ab Hartogia in non paucis Schrebera:

1. *Ramis alternis, tomentoſis.*
2. *Foliis alternis, piloſis vel tomentoſis, ſerraturis paucioribus.*
3. *Petiolis tomentoſis.*
4. *Pedunculis longioribus.*
5. *Nectario.*
6. *Stylis duobus.*
7. *Capſula depreſſa, 2-partita.*

SPARRMANNIA.

Cal. *Perianthium* 4-phyllum, inferum: *Folia* lanceolata, integra, reflexa, villoſa.

Corolla 4-petala, flava. *Petala* cuneiformia, integra, plana, calyce duplo longiora.

Nectaria propria, difformia, filiformia, toruloſa, ſtaminibus breviora, lutea; *toruli* inflati, turbinati.

Stam. *Filamenta* plurima, germini inſerta, filiformia, exteriora nectariis ſimilia, ſed longiora, corolla breviora.

Antherae cordato-ovatae, inſidentes.

Pist. *Germen* ſuperum, ſubgloboſum, quinquangulare, hiſpidum.

Stylus filiformis, rectus, dependens inter ſtamina, ſtaminibus multoties longior.

Stigma truncatum, papillis elongatis terminatum.

Peric. Capſula 5-gona, 5-locularis, fuſca, echinata: *Setae* erectae, rigidae, piloſae, ſpina terminatae, in angulis maiores patentes: *Spina* pellucida, recta, pungens.

Semina in quovis loculamento bina, oblonga, glabra, altero latere carinata, nigra.

Habitus

Habitus Triumfettae reſpectu herbae, Geranii reſpectu floris, Hibiſci reſpectu fructus et Gei reſpectu capſulae echinatae.

CHARACTER *generis:* Cal. 4-phyllus. Capſula angulata, 5-locularis, echinata.
Nectaria plura, torulоſa.

Locus: Polyandria, Monogynia, poſt Calophyllum.

In memoriam Domini Doct. And. Sparrmann, Prof. Regii et plurium Acad. ſcient. membri, amici et popularis noſtri, itineribus in Chinam, Promontorium bonae Spei et terras auſtrales celebris, genus hoc novum capenſe dixit Dominus Prof. à Linné.

SPECIES 1. S. africana.

Sparrmannia africana. Linn. Suppl. pag. 41 et 175.

Creſcit in Capite bonae Spei Africes, inter arbores in ſylvis Eſſebojch et Hautniquas dictis, inque lateribus montium inter Hautniquas et Lange Kloof.

Floret Octobri, Novembri, Decembri et Ianuario.

Tota planta villoſa.

Caulis fruteſcens, erectus, bipedalis vel ultra.

Rami alterni, teretes, erecti.

Folia alterna, longe petiolata, cordata, ovata, lobata, acuminata, ſerrata, novem-nervia, dependentia.

Petioli teretes.

Stipulae laterales, ſubulatae, erectae.

Flores umbellati pedunculis ante floreſcentiam deflexis.

Pedunculi *oppoſitifolii*, *erecti*, *piloſi*, *umbelliferi*, *petiolis longiores*.
Pedicelli *ſimplices*.
Involucrum *polyphyllum*, *ſubulatum*, *breviſſimum*.

NIPA.

Flores monoici: feminei terminales; maſculi laterales inferiores.

Maſculi.

CAL. *Spathae* oblongae, concavae, acuminatae, coriaceae; exteriores maiores, interiores ſenſim includentes.
Perianthium proprium nullum.
COROLLA hexapetala. *Petala* linearia, aequalia, patenti-reflexa, lineam longa.
STAM. *Filamentum* unicum, filiforme, erectum, longitudine petalorum.
Anthera apice filamenti perforata, 12-ſulcata, oblonga, flava.

Feminei.

CAL. *Spathae* uti in mare.
COROLLA nulla.
PIST. *Germen* angulatum, ſaepe quinquangulare, oblique truncatum, glabrum.
Stylus et *Stigma* nullum; ſed eorum loco ſulcus in alterutro latere.
PERIC. *Drupae* plurimae, aggregatae in capitulum, magnitudine capitis, angulatae angulis inaequalibus acutis vel obtuſis, inferne attenuatae, ſuperne obtuſatae, glabrae, magnitudine nucis caſtaneae.
CHARACTER *generis*: Maſc. Spatha. Corolla 6-petala.
Fem. Spatha. Cor. 0. Drupae angulatae.
Locus:

Locus: Monoecia, Monandria, poſt Cynomorium in Syſtemate Linnaeano.

Species 1. N. fruticans.

Nipa fruticans. Thunb. Act. Stockholm. 1782. pag. 231.

Nipa Rumph. Herb. Amboin. Tom. 1. pag. 72. Tab. XVI.

Habitat in inſula Iava et aliis Indiae orientalis inſulis.

Caudex in iuniori palma nullus, in adultiori altitudine aliquot pedum.

Folia pinnata: Pinnae ſtriatae, marginatae, glabrae.

Flores maſculi et feminei in eadem palma, ſed diſtincti in diverſis pedunculis; Maſculi plures, laterales, inferiores, pedunculis dichotomis inſidentes, ſpicati; Feminei terminales, aggregati in capitulum globoſum, ſeſſiles.

Pedunculi et Pedicelli paniculati, dichotomi.

Uſus: Folia domibus tegendis et ſtoreis conſtruendis inſerviunt.

Fructus edules, tam crudi quam ſaccharo conditi incolis Indiae orientalis.

PHELYPAEA.

Flores maſculi.

Cal. nullus, niſi bracteae foliaceae, oppoſitae.

Corolla 6-partita, connivens. *Laciniae* ſubrotundae, obtuſiſſimae, concavae; extus dorſo ſubpiloſae, intus glabrae, baſi barbatae, margine ciliato-crenulatae, tenues,

tenues tres exteriores, tres interiores unguiculares.

Stam. *Filamentum* unicum, erectum, craſſiſſimum, corolla brevius, ſtylo ſimile, medio receptaculo inſertum.

Anthera ovata, clavata, ſtigmati ſimilis, pollinifera.

Pollen pallidum.

Receptaculum barbatum, poris 6 a corollae laciniis decurrentibus nectariis pertuſum, ſterile.

Obſ. *Corolla* et *Bracteae* interdum ciliato-ſerratae; *Corollae* laciniae quandoque inaequales.

Flores feminei.

Cal. nullus.

Corolla 1-petala, capſulam veſtiens, 6-partita: *Tubus* breviſſimus. *Limbi* laciniae ſupra germen parum connatae, oblongae, obtuſae, concavae, erectae, unguiculares, intus baſi fovea nectarea decurrente pertuſae, barbatae.

Stam. *Germen* ſuperum ſeu corollae fundo incluſum, barbatum.

Stylus craſſiſſimus, purpureus, glaber, lineam longus.

Stigma capitatum, ſubumbilicatum, ſtriatum, parum oblique truncatum.

Peric. *Capſula* columnaris, craſſa, ſubcompreſſa, obtuſa, ſulcata, glabra, fere pollicaris, 7-valvis, 7-locularis.

Columna craſſa, medio ſtellula oblonga.

Semina plurima.

Chara-

CHARACTER *generis*: Cal. nullus. Cor. 6-partita. Piſt. 1.

LOCUS: Dioecia. Monandria, poſt Najam, ſecundum Syſtema Linnaeanum.

Valde ſimilis eſt Hyobanchi et Orobanchi; differt

I) ab Hyobanche: floribus longe diverſis, uti et fructu.

II) ab Orobanche: calyce nullo. Corollae figura, ſexu et capſula.

SPECIES 1. *Ph. ſanguinea.*

Africanis: Aardroos.

Creſcit in campis demerſis ſabuloſis inter Cap et ſeriem montium ſub fruticibus, paraſitica.

Floret Julio, Auguſto, Septembri, Octobri.

Caulis ſimplex, totus tectus ſquamis imbricatis, erectus, ſenſim parum incraſſatus, pollicaris usque digitalis.

Folia nulla, ſed potius ſquamae oblongae, obtuſiſſimae, glabrae; intus concavae, extus convexae: ſparſae, pollicares, adpreſſae; floribus quoque inſtar bractearum interſperſae, inferiores ſenſim minores; omnes praeſertim apice incarnatae.

Flores ſolitarii vel ſaepius aggregati, carnoſi, ſanguinei, maſculini et feminei diſtincti in diſtincto individuo.

Bracteae binae, ſuboppoſitae, oblongae, obtuſae, concavae, ſanguineae, unguiculares, corolla breviores, capſulae inſertae, glabrae.

PHOR-

PHORMIUM.

Phormium Forſt. Nov. Gener. Nro. 24. Linn. Suppl. p. 28.

Cal. nullus.

Corolla monopetala, profunde 5 - partita, ſubcylindrica: *limbi laciniae* tres exteriores breviores; tres interiores longiores, patulae.

Stam. *Filamenta* ſex, filiformia.
Antherae incumbentes, ovatae.

Pist. *Germen* ſuperum, trigonum, glabrum.
Pori melliferi nulli.
Stylus filiformis, corolla paulo longior,
Stigma ſimplex, obtuſum.

Peric. Capſula oblonga, trigona angulis ſulcatis, triſulca, glabra, trivalvis, trilocularis.

Semina plurima.

Character *generis:* Corolla ſexpartita laciniis tribus exterioribus brevioribus.

Locus: Hexandria, Monogynia, poſt Hyacinthum.

Nomen generis impoſuit celeb. Prof. FORSTER ſpeciei cuidam a ſe inventae in Nova Zelandia; quod et nos retinere voluimus ſpecies novas capenſes eiusdem generis deſcripturi.

Nimis affine Hyacintho, differt vero facile: corolla irregulari, laciniis tribus exterioribus multo brevioribus et calycis vices fungentibus.

Species 1. Ph. tenax: ſcapo polyſtachyo angulato, foliis enſiformibus canaliculatis.

Phormium

Phormium tenax. Linn. Suppl. p. 204.

Creſcit in Nova Zelandia. Forſter.

Folia radicalia, enſiformia, canaliculata, integra, ſtriata, rigida, glabra, pedalia et ultra.

Scapus angulatus, polyſtachyus, ramis alternis, floriferis.

Flores racemoſi, ſubſecundi.

In noſtro ſpecimine ſiccato corolla profunde quidem, non tamen usque ad baſin partita eſt.

Uſus: ſtoreas e foliorum fibris pro veſtimentis variis plectunt mulieres Novae Zelandiae.

Sp. 2. Ph. alooides: ſcapo ſimplici, floribus cernuis cylindricis, foliis ſubenſiformibus, glabris.

Phormium alooides. Linn. Suppl. p. 205.

Creſcit in Capitis bonae Spei campis depreſſis arenoſis, in Paarden Eyland. in Swartland. Nordbuk, in monte Ribeck Caſtel dicto, collibus urbis, Paardeberg, alibi.

Floret Majo, Iunio, Iulio, Auguſto.

Bulbus globoſus, carnoſus, fibroſus, albus.

Folia radicalia, bina, vaginantia, lanceolato-enſiformia, concava, ſubundulata, integra, glabra, ſcapo breviora, patentia, ſupra purpureo-maculata.

Scapus ſimplex, teres, carnoſus, glaber, erectus, purpureo-maculatus.

Flores racemoſi, cernui. Rachis angulata.

Bractea ſub pedunculo lata, acuta, membranacea, breviſſima.

Pedun-

Pedunculus teres, erecto-patens, glaber, ſemiunguicularis.

Corolla cylindrica: Laciniae tres interiores longiores, lato-lineares, obtuſiſſimae, emarginatae, concavae, pollicares, aequales, invicem minime cohaerentes; tres exteriores, baſi invicem et cum interioribus parum connatae, ovatae, concavae; ſuperior retuſa.

Filamenta baſi laciniarum inſerta, alba, longitudine corollae.

Varietates: α) Corollis totis croceis; ſcapo purpuraſcente, immaculato, ſpithamaeo.

β) Corollis luteis: Laciniis exterioribus apice virentibus, interioribus apice purpureis; ſcapo foliisque ſupra maculatis; ſcapo ſpithamaeo.

γ) Corollis purpureis.

Sp. 3. Ph. orchioides: ſcapo ſimplici, floribus cernuis ovatis, foliis lanceolatis glabris.

Hyacinthus orchioides. Linn. Sp. Pl. pag. 455. Syſt. Veg. p. 277.

Phormium hyacinthoides. Linn. Suppl. p. 204.

Creſcit in Capite bonae Spei, ad pedem Leuweſtaart, Duyvelsberg, depreſſis Swartland et alibi.

Floret Iulio, Auguſto.

Bulbus globoſus, *carnoſus, magnitudine avellanae, albus, fibrilloſus.*

Folia raro unicum, ſaepe duo radicalia, vaginantia, lato-lanceolata, convoluto-concava, acuminata, ſubundulata, integerrima, revoluta, glabra, digitalia vel ultra, altero breviore, pollicem lata.

Scapus

Scapus *ſimplex, foliis vaginatus, teres, glaber.*

Flores *racemoſi, ovati, patuli. Rachis flexuoſa, angulata.*

Bractea *ad baſin floris ovata, acuta, membranacea, breviſſima, alba.*

Corolla *oblonga, ſubinflata, unguicularis, ſubclauſa, incurva: laciniae concavae, obtuſae: tribus exterioribus brevioribus, quarum dorſalis apice incraſſata, ſubfornicata, obtuſa: tribus interioribus longioribus, quarum infima paulo brevior.*

Filamenta *filiformi-ſubulata, tubo corollae inſerta et ad medium longitudinaliter adnata.*

Antherae *parvae, ſupra flavae, ſubtus fuſcae.*

Varietates: α. *corollis flavis, ovato-oblongis; ſcapo ſubincluſo, breviſſimo, fere nullo ſupra terram.*

β. *Corollis flavis; ſcapo foliis longiore.*

γ. *Corollis apice purpureis, baſi caeruleſcentibus; ſcapo palmari, purpureo-maculato; foliis extus purpureo-maculatis.*

δ. *Corollis albis apice virentibus; ſcapo ſpithamaeo, albo, ſuperne purpureo-punctato; foliis ſupra purpureo-maculatis.*

ε. *Corollis albis, apicibus purpuraſcentibus; Scapus ſpithamalis, viridis, purpureo-variegatus; Folia decumbentia, carnoſa, canaliculata, lineari-attenuata, glabra, immaculata, ſpithamaea.*

Sp. 4. Ph. hirtum: ſcapo ſimplici, floribus cernuis ovatis, foliis hirſutis.

Creſcit in Capitis bonae Spei aquoſis.

Floret Auguſto et ſequentibus menſibus.

Scapus ſimplex, flexuoſo-erectus, glaber, purpureo-maculatus, ſpithamaeus.

Folium unicum, baſi lata vaginans, lineare, hirſutum.

Flores racemoſi, cernui, ovati, albo-caeruleſcentes.

DISSER-

DISSERTATIO
DE
NOVIS GENERIBVS PLANTARVM.

P. VI.

D. 26. MAJI 1792.

R E S P.

GABRIEL TOBIAS STRÖM.

D I S A.

Cal. *Spatha.*

Corolla 4-petala, bilabiata. *Labium ſuperius* tripetalum: *Petala* duo conſimilia, aequalia; tertium anguſtius. *Labium inferius* tripetalum: *Petalum* unum ſaccatum, cornutum, patens; duo conſimilia, intra cornu incluſa. *Cornu* nectareum anticum.

Stam. *Filamenta* nulla, ſed

Antherae ſeſſiles in lobis exterioribus ſtigmatis.

Pollen flavum.

Pist. *Germen* inferum, trilobum.

Stylus brevis.

Stigma trilobum.

Peric. *Capſula* infera, ſexſtriata, glabra, 1-locularis.

Semina numeroſa, parva.

Character *generis:* Cor. ringens. Cornu anticum.
Petalum unum ſaccatum petala duo includens!

Locus: Gynandria, Diandria.

Nomen Diſae olim impoſuit celeb. Prof. BERGIUS plantae, quae ad Satyrium amandari debet; nomen igitur Diſae adoptavit huicque generi impoſuit cel. Praeſes.

Species 1. D. *longicornis:* cornu cylindrico longiori.

Diſa longicornis. Linn. Suppl. Syſt. p. 406. Syſt. veg. XIV. p. 817.

Creſcit in Tafelberg, in praeruptis montis, promontorii Africes, bonae Spei dicti.

Floret Ianuario, Februario.

Folia radicalia, ſcapum inferne vaginantia, circiter quinque, lanceolata, inferne ſenſim attenuata, acuta, integra, nervoſa, recurvato-patentia, ſupra viridia, ſubtus pallidiora, ſcapo breviora digitalia vel palmaria.

Scapus teres, erectus, glaber, vaginis membranaceis tectus, uniflorus, ſpithamaeus.

Flos terminalis, ſolitarius, nutans, caeruleus.

Spatha dimidiam capſulam a latere inferiori amplexans, lanceolata, acuta, concava, membranacea, capſula brevior.

Species 2. D. *maculata:* cornu breviſſimo ſcrotiformi.

Diſa maculata. Linn. Suppl. Syſt. p. 407. Syſt. veg. XIV. p. 817.

Creſcit

Creſcit in Capite bonae Spei, in montium lateribus prope Winterhoek juxta Rode Sand.
Floret Octobri.
Folia radicalia, circiter ſex, oblongo-ovata, acuta, utrinque attenuata, integra, glabra, patentia, ſubtus pallidiora, ſemipollicaria.
Scapus filiformis, flexuoſo-erectus, totus fere vaginatus, palmaris uſque ſpithamaeus.
Vaginae tres vel quatuor, alternae, membranaceae, ruſo-maculatae,
Bracteae vaginis ſimiles, capſula brevior.
Flos ſolitarius, nutans, caeruleus.

MONETIA.

CAL. *Perianthium* 1-phyllum, 4-partitum: *laciniae* ovatae, patentes.
COROLLA 4-petala, receptaculo inſerta.
Petala ovata, acuta, albida.
STAM. *Filamenta* quatuor, receptaculo inſerta.
Antherae oblongae, luteae.
PIST. *Germen* ſuperum, ſubtetragonum, deſinens in *Stylum* conicum, craſſiuſculum.
Stigma acutum.
PERIC. *Bacca* globoſa.
CHARACTER *generis:* Cal. 4-fidus. Petal. 4. Germ. ſuperum. Bacca.
LOCUS: Tetrandria, Monogynia.
NOMEN, quod in loco natali impoſuit cel. Praeſes, poſt reditum in Europam mutavit, dum reſciverat hoc genus novum ab Illuſtr. HERITIER, uti et alia genera ab aliis, interim fuiſſe deſcripta.
SPECIES 1. M. *barlerioides.*
Monetia barlerioides. L'Heritier nov. Stirp. faſc. 1. pag. 1. tab. 1. Hort. Kewenſ. 1. pag. 160.

Creſcit in ſylvis promontorii bonae Spei variis, ut in Mſjoelbay, trans Camtous rivier et alibi, rarior.
Floret Novembri, Decembri, Ianuario.
Frutex glaber, erectus, tri-vel quadripedalis.
Rami et Ramuli oppoſiti, tetragoni, cinerei, divaricati, ſpinoſi.
Spinae quaternae, verticillatae, tereti-ſubulatae, pungentes, horizontaliter patentes, pollicares ſuperioribus tenerioribus et brevioribus.
Folia oppoſita ſub ſpinis, petiolata, ovata, acuta, mucronata mucrone pungente, integra, glabra, horizontaliter patentia vel reflexa, petiolis pluries longiora, pollicaria.
Flores axillares, glomerati, breviter pedunculati.

CURTISIA.

CAL. *Perianthium* Monophyllum, tomentoſum, 4-fidum: *laciniae* ovatae, acutae, erectae.
COROLLA 4-petala; *Petala* oblonga.
STAM. *Filamenta* quatuor, capillaria, longitudine corollae.
Antherae globoſae, didymae, flavae.
PIST. *Germen* inferum, tomentoſum.
Stylus ſimplex, filiformis, longitudine corollae.
Stigmata duo, ſimplicia, revoluta.
PERIC. Bacca globoſa, flaveſcens, 1-ſperma.
CHARACTER *generis*: Cal. 4-fidus. Pet. 4. Germen inferum. Bacca 1-ſperma.
LOCUS: Tetrandria, Monogynia.
SPECIES 1. C. *faginea*.
Curtiſia faginea. D. Dryander Phil. Tranſact. et Hort. Kew. 1. p. 162.

Incolis

Incolis africanis: Aſſagay-hout.

Creſcit in *Capitis bonae Spei ſylvis variis, ut in ſylva prope Paradys, in Grootvaders boſch, iuxta Buffeljagts rivier, van Stades rivier copioſe et alibi ſatis vulgaris.*

Floret Decembri et Ianuario.

Arbor excelſa, ramoſiſſima.

Rami decuſſati, teretes, cinerei, glabri, erecti.

Ramuli ſimiles, purpuraſcentes, ultimi tomentoſi.

Folia oppoſita, petiolata, ovato-oblonga, acuta, baſi integra, a medio ad apicem ſerrata, nervoſa, ſupra viridia, ſubtus pallidiora, glabra, patentia et reflexa, pollicaria usque palmaria.

Petioli unguiculares uti et venae foliorum ſubtus ferrugineo-tomentoſi.

Flores paniculati, minimi.

Panicula trichotoma, ſupradecompoſita, tota cinereo-tomentoſa.

Pedunculi et Pedicelli oppoſiti.

Bracteae oppoſitae, lanceolatae.

Uſus: lignum flaveſcens, durum, compactum Hottentottis pro manubriis lancearum, Aſſagai dictarum, inſervit.

ELEGIA.

Flores maſculi et feminei in diſtincto individuo:

♂. Calyx 6-glumis, inaequalis: *Glumae* tres exteriores minimae, ovatae; interiores duplo maiores, ovatae, concavae.

Corolla nulla.

Stam. *Filamenta* tria, breviſſima.
Antherae ovatae, didymae, fuſcae.

♀. Calyx 6-glumis, inaequalis, maris tamen calyce maior. *Glumae* ovatae, concavae, acutae, glabrae, tres interiores longitudine Capſulae, tres exteriores duplo minores.

Pist. *Germen* ſuperum.
Stylus ſimplex, breviſſimus.
Stigmata tria, divaricata, plumoſa.

Peric. *Capſula* ovata, ſtigmatibus coronata, trigona, triſulca, trivalvis, trilocularis, lateribus dehiſcens.

Character *generis*: ♂. Cal. 6-glumis, inaequalis. Cor. o.
♀. Capſula 3-locularis.

Locus: Dioecia, Triandria.

Nomen olim dedit Ill. LINNÉ *Elegiae*; poſtea vero hoc genus ad Reſtionem retulit.

Species 1. E. *juncea*.

Elegia juncea. Linn. Mant. p. 162. 297.
Reſtio elegia. Linn. Syſt. veg. xiv. p. 882.

Creſcit in collibus montium promontorii bonae Spei prope urbem; in ſummo Tafelberg et alibi iuxta rivulos, frequens.

Floret Ianuario et ſequentibus menſibus.

Culmus ſimplex, rariſſime ramoſus, articulatus, aphyllus, ſtipulatus, teres, glaber, erectus, pedalis, bipedalis et ultra.

Stipulae articulos vaginantes, magnae, ovatae, rigidae, erectae, glabrae, flavae margine membranaceo, deciduae, pollicares.

Florum

Florum ſpicae paniculatae, alternae, bracteatae, erectae, plurimae, a medio ſaepe culmo ad eius apicem.

Bracteae univerſales ſeſſiles, ovato-oblongae, acutae, concavo-planae, erectae, rigidae, glabrae, flavae margine membranaceo, ſpicis longiores, deciduae; inferiores remotiores et maiores; ſuperiores frequentiores et minores; partiales in paniculis lanceolatae, acutae, minimae.

Spiculae ovatae.

WILDENOWIA.

Flores dioici, in diſtinctis culmis diſtincti.

CALYX multiglumis. *Glumae* imbricatae, acuminatae, perſiſtentes, drupa longiores.

COROLLA 6-petala, baſin fructus cingens.

Petala rotundato-ovata, membranacea, adpreſſa, aequalia, perſiſtentia.

STAM. *Filamenta* tria.

PIST. *Germen* ſuperum.

Stylus unicus, breviſſimus.

Stigmata duo vel tria, plumoſa.

PERIC. *Nux* ovata, obtuſa, glabra, dura, 1-locularis.

CHARACTER *generis:* Cal. multiglumis. Cor. 6-petala. Nux 1-locul.

LOCUS: Dioecia, Triandria, poſt Elegiam.

Wildenowia. Thunb. Act. Holmienſ. 1790. p. 26. ſeqq. tab. 2.

SPECIES 1. W. *ſtriata:* culmo tereti ſtriato.

SPECIES 2. W. *teres:* culmo ramisque teretibus laevibus.

SPECIES 3. W. *compreſſa:* culmo folioſo laevi, ramis compreſſis.

LAUROPHYLLUS.

CAL. *Perianthium* ſubtetraphyllum.
Folia lanceolata, concava, glabra minutiſſima.

COROLLA nulla.

STAM. *Filamenta* quatuor, filiformia, calyce longiora.
Antherae globoſo-tetragonae.

PIST. *Germen* ſuperum.
Styli ſimplicis rudimentum.

CHARACTER *generis:* Cal. ſubtetraphyllus. Cor. o. Germen ſuperum.

LOCUS: Tetrandria, Monogynia, inter Nigrinam et Salvadoram.

Obſ. Variat *ſtaminibus* 4-5 et 6; *perianthio* 5-fido, 6-fido et 4-partito.

SPECIES I. L. *capenſis.*

Creſcit in Capitis bonae Spei ſylvis, prope Hautniquas Kloof et alibi.

Floret Ianuario.

Arbor erecta, tota glabra, ſeſquiorgyalis.

Rami teretes, rugoſi, brunnei.

Ramuli angulati.

Folia alternatim ſparſa, petiolata, oblonga, acutiuſcula, ſerrata, baſi et apice integra, ſupra viridia, ſubtus pallida, parallelo-nervoſa nervis ramoſis, margine revoluta, ſempervirentia, erecta, digitalia.

Petioli trigoni, vix pollicares.

Flores paniculati, minuti.

Panicula ampla, ſupradecompoſita.

Pedunculi et Pedicelli compreſſi, ſenſim breviores.

Bracteae ſolitariae vel binae, calyci ſubiectae, lanceolatae, concavae, cinereo-flaveſcentes.

DISSER-

DISSERTATIO
DE
NOVIS GENERIBVS PLANTARVM.

P. VII.

D. 11. JUNII 1792.

RESP.

ERIC. CAROL. TRAFVENFELDT.

CAVANILLA.

Flores ſexu diſtincti in diſtincta planta:

♂. Cal. *Perianthium* 4-phyllum, rude, extus hirtum, perſiſtens: *Foliola* ovata, patentia, vix lineam longa.

Corolla nulla.

Stam. *Filamenta* quatuor, capillaria, calyce breviora.

Antherae ovatae, didymae, albidae.

♀. Cal. ut in mare.

Corolla nulla.

Pist. *Germen* inferum, oblongum, hirtum.

Stylus in apice germinis radiatus, perſiſtens.

Peric. *Nux* anceps, ovata, rugoſa, hirta, 1-locularis, magnitudine Piſi.

Chara-

Character generis: ♂. Cal. 4-phyllus. Cor. 0.
♀. *Styl.* radiatus. Nux.
Locus: Dioecia, Tetrandria, ante Hippophaën.
Nomen in honorem Dom. Doct. JOS. ANTON. CAVANILLES, Hiſpani, Botan. celeb.
Species 1. C. *ſcandens*.
Creſcit in ſylva Grootvaders Boſch dicta, in promontorio bonae Spei Africes.
Floret Ianuario.
Tota planta hirſuta.
Caulis fruteſcens, teres, inferne glaber, cinereus; ſuperne punctato-ſcaber, ſcandens, flexuoſus.
Rami alterni, cauli ſimiles, ſenſim filiformes.
Folia alterna, peticlata, oblonga, obtuſa, ſubſinuata, denticulata, ſupra viridia, ſubtus ferruginea, patentia, bipollicaria.
Petioli unguiculares.

DAHLIA.

Flores dioici, in ramis et ramulis terminales, capitati, in receptaculo communi aggregati.
♂. Calyx nullus, niſi ſquamae floſculos diſtinguentes, paleaceae, intus glabrae, extus hirſutae, breves.
Corolla. *Petalum* unicum prope ſingulum Stamen filiforme ſeu enſatum, convolutum, albidum, unguiculare.
Stam. *Filamentum* unicum juxta ſingulam calycis ſquamam et petalum, breviſſimum, erectum, petalis triplo brevius.
Anthera baſi cum filamento connata, ovata, didymo-bilocularis.
♀. Calyx ut in mare.
Corolla nulla.

Pist.

PIST. *Germen* villoſum, ſingulum prope ſquamam ſingulam calycinam.
Stylus unicus, filiformis.
Stigma ſimplex.

PERIC. *Capſula* ovata, extus villoſa, 4-valvis, 4-locularis.
Semen ovatum, glabrum, bivalve, dehiſcens, inane.

LOCUS: Monandria, Monogynia, poſt Phyllachnen; vel ſecundum Linnéum: Dioecia, Monandria, poſt Pandanum.

CHARACTER: Cal. ſquama. Cor. 1-phylla. Capſ. 1-locularis.

SPECIES D. *crinita*.

Dahlia crinita. Act. ſociet. hiſt. nat. Hafnienſ. Tom. 2. vol. 1. p. 133. tab. 4.

LIGTHFOOTIA.

CAL. *Perianthium* 4-phyllum, cinereum, villoſum, breviſſimum, perſiſtens: *Foliola* ovata, obtuſa, patulo-reflexa.

COROLLA nulla.

STAM. *Filamenta* plurima, germinis baſi inſerta, filiformia, calyce longiora.
Antherae globoſae, minimae.

PIST. *Germen* ſuperum, ovatum, glabrum.
Styli 5, rarius 4 vel 6, reflexi.
Stigmata capitata, criſpa.

PERIC. *Fructus* ovatus, glaber, ſtigmatibus coronatus, calyce cinctus.

CHARACTER *generis:* Cal. 4-phyllus. Cor. o.

LOCUS: Polyandria, Pentagynia, inter Nigellam et Reaumuriam.

SPECIES 1. *Ligthfootia indica.*

Creſcit in ſylvis inſulae Iavae, prope Bataviam et alibi.

Iavanis:

Iavanis: Roccum.
Arbor excelſa.
Rami Ramulique alterni, teretes, cinerei, punctato-ſcabridi, erecti.
Folia alterna, petiolata, ovata, ſubcuſpidata, ſerrata ſerraturis obtuſis, utrinque glabra, nervoſa, ſpithamaea.
Petioli breviſſimi, craſſi.
Flores in ramis et ramulis aggregati, pedunculati.
Pedunculi filiformes, ſimplices et ramoſi, reflexi, cinereo-tomentoſi, unguiculares.
Genus nominavit in Prodromo ſuo cel. Dominus Prof. SWARTZ eiusque unam nominat in Montferrat creſcentem ſpeciem.

STAVIA.

CAL. *Perianthium commune* hemiſphaericum: foliola plurima, linearia, imbricata; *proprium* monophyllum, 5-partitum: laciniae lineari-ſubulatae, erectae.
COROLLA 5-petala. *Petala* oblonga, obtuſa, erecto-patentia.
STAM. *Filamenta* 5, baſi perianthii inſerta, ſubulata.
Antherae ſubrotundae.
PIST. *Germen* inferum, turbinatum.
Stylus unicus, fiſſus in *Stigma* didymum.
PERIC. nullum; ſed receptaculum commune, planum, paleaceum vel piloſum.
Semina ſolitaria, ovata.
CHARACTER *generis*: Cor. ſupera, 5-petala. *Stam.* calyci inſerta. *Stylus* bifidus.
LOCUS: Pentandria, Monogynia, prope Bruniam.
Differt a Brunia germine infero.

Genus

Genus e ſpeciminibus capenſibus, a celeb. Praeſide communicatis, nominavit Botanicus excellens, praematura morte ereptus, Dom. D. AND. DAHL.

Spec. 1. S. *radiata:* foliis lanceolato-trigonis, patulis, calycis radio colorato, capitulo breviore.

Stavia radiata. Dahl obſ. botan. p. 15. Brunia radiata. Linn. ſpec. plant. p. 283. Syſt. Veg. XIV. p. 240. Hort. Kewenſis. 1. pag. 277.

Creſcit *in campis arenoſis inter urbem Cap. bonae Spei et montium ſeries; in ſummo etiam Tafelberg vulgaris.*

Floret *Majo et ſequentibus menſibus.*

Caulis *fruticoſus, inferne ſimplex, ſuperne magis magisque ramoſus, erectus, bipedalis et vltra.*

Rami *trichotomi, fuſco-cinerei, ſcabri, glabri.*

Ramuli *trichotomi, ſuperne dichotomi, filiformes, laxi, inferne glabri, ſuperne villoſi, erecti, ſubfaſtigiati.*

Folia *ſparſa, petiolata, lanceolato-trigona, acuta apice fuſco, ſubimbricato-approximata, apice patula, inferiora glabra, ſuprema villoſa, lineam longa.*

Flores *terminales in ſupremis ramulis, Piſo minores.*

Calycis *radius albus: apice foliolis patulis, deuſtis, capitulo brevioribus.*

Uſus: *pro foco alendo lignum inſervit.*

Species 2. S. *glutinoſa:* foliis lineari lanceolatis, trigonis, patulis, radio calycis colorato capitulo longiore.

Stavia glutinoſa. Dahl. obſ. botan. p. 17.

Brunia

Brunia glutinoſa. Linn. Syſt. veg. XIV. p. 240. Mantiſ. p. 210.

Creſcit in ſummo Tafelberg Cap. bonae Spei ſat copioſe cum priori,

Floret Maio.

Caulis fruticoſus, erectus, glaber, tripedalis et ultra.

Rami et Ramuli ſubverticillati, teretes, fuſco-purpuraſcentes, incurvato-erecti, ſubfaſtigiati, glabri.

Folia ſparſa, in ramulis frequentiora, petiolata, lineari-lanceolata, trigona. integra, acuta apice ſaepius fuſco, patentia, inferiora glabra, ſuperiora villoſa, unguicularia.

Petioli flaveſcentes, foliis multo breviores.

Flores terminales in ramulis, magnitudine fere Ceraſi.

Radius calycis coloratus: foliola trigona, patulo-reflexa, flaveſcentia, apice deuſta, capitulo longiora.

MAUHLIA.

Cal. *Spatha* diphylla: *folia* oblonga, acuta.

Corolla 1-petala, infundibuliformis: *Tubus* ſenſim ampliatus, brevis. *Limbus* 6-partitus: *laciniae* oblongae, obtuſae, aequales, erecto-patentes.

Stam. *Filamenta* ſex, filiformia, apici tubi inſerta, laciniis oppoſita, limbo breviora. *Antherae* incumbentes.

Pist. *Germen* ſuperum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.

Peric.

Peric. *Capſula* ovata, trigona, trivalvis, trilocularis.

Semina plurima.

Character *generis:* Cor. infera, 6-partita: limbo aequali.

Locus: Hexandria Monogynia poſt Pontederiam.

Generi quoque huic nomen impoſuit cel. Dom. Doct. DAHL.

Species 1. M. *linearis:* foliis linearibus ſcapo brevioribus.

Mauhlia africana. Dahl obſ. botan. p. 26.

Agapanthus umbellatus. Hortus Kewenſis. vol. 1. pag. 414.

Creſcit in Capitis bonae Spei campis inundatis.

Floret Octobri et ſequentibus menſibus.

Scapus teres, erectus, glaber, pedalis et ultra.

Folia radicalia, plurima, linearia, acuta, integra, glabra, erecta, ſcapo duplo breviora.

Flores umbellati, plurimi, caerulei.

Pedunculi geniculati, pollicares.

Species 2. M. *enſifolia:* foliis lanceolato-enſiformibus ſcapo longioribus.

Creſcit in Capitis bonae Spei interioribus provinciis, inter Sondaags et Viſch-rivier.

Floret Decembri, Ianuario.

Scapus filiformis, pollicaris.

Folia radicalia, bina, lanceolata ſeu enſiformia, attenuato-acuminata, integra, ſtriata, glabra, erecta, pollicem fere lata, palmaria.

Flores umbellati.

Pedunculi capillares, unguiculares.

Corolla infera, tubuloſa, apice campanulata, pollicaris.

STRELITZIA.

CAL. *Spatha* univerſalis horizontalis, connivens, continens ſpathas, flores fructusque, multiflora, glabra. *Spathae* partiales flores et fructus cingentes, concavae, lanceolatae, acutae, gelatinoviſcidae, brunneae.

Gelatina albida vel ſubflava.

COROLLA tripetala: *Petala* duo ſuperiora approximata; inferius remotum, infra nectarium ſitum, omnia ovato-lanceolata, acuminata, concava, integra, conſimilia et aequalia, digitalia.

NECTARIUM diphyllum, inter petala ſitum: folium *ſuperius* minimum, alterum amplexans, apice obtuſum, carinatum, craſſiuſculum, emarginatum, unguiculare. *Inferius* petalis paulo brevius, genitalia includens; Carina dorſalis ſulcata ſulcis quatuor; a medio ad apicem haſtatum; alae ſuperne marginibus elevatis, intra quas ſtamina et piſtillum.

STAM. *Filamenta* 5, filiformia, longitudine dimidia haſtae, alba.

Antherae lineares, longitudine haſtae, cumque ea longitudinaliter inprimis apice cohaerentes, albae.

Pollen a latere antico album, viſcidum.

PIST. *Germen* infra receptaculum floris.

Stylus longitudine haſtae, filiformis, albus.

Stigma cylindricum, viſcoſum, unguiculare, trifidum, extra apicem haſtae exſertum, fuſcum.

PERIC. *Capſula* ſeſſilis, in fundo ſpathae ovata, glabra, trigona, trivalvis, trilocularis.

Semina

Semina ſubgloboſa, culumnae affixa, alba, plurima, baſi barba cincta.

CHARACTER *generis:* Cor. 3-petala. Cap. 3-locularis. Nectarium haſtatum!

LOCUS: Pentandria, Monogynia, prope Heliconiam.

SPECIES 1. S. *auguſta:* foliis ſimpliciter nervoſis.

Heliconia alba. Linn. Suppl. pag. 157. Syſt. veg. XIV. pag. 245.

Europeis incolis: Witte Piſang.

Creſcit in Africa Auſtrali, in Capitis bonae Spei interioribus, nempe in humidis umbroſis ſylvis Hauteniquas prope rivulum Piſang-rivier dictum.

Floret Octobri, Novembri.

Radix fibroſa.

Scapus ſimplex, vaginatus, craſſitie brachii et ultra; altitudine circiter 18 pedum.

Folia petiolata, erecta, vaginata, lato-ovata, obtuſa, tenuiſſime et ſimpliciter nervoſa, integra, glabra, pedalia et ultra.

Petioli teretes, ſtriati.

Flores intra ſpatham plures, circiter duodecim, erecti, florentes primum baſi, continuata ſenſim floreſcentia ad apicem verſus, ſeſſiles inter ſingulas ſpathas.

Corolla tota alba, uti etiam nectarium.

SPECIES 2. S. *reginae.* Hort. Kewenſ. Vol. 1. p. 285. tab. 2.

Europeis incolis: Geele Piſang.

Creſcit in Capite bonae Spei prope montes iuxta fluvium Kamtou.

Floret Octobri, Novembri.

Radix fibroſa.

Scapus ſimplex; vaginatus, bipedalis, longitudine foliorum.

Folia plura, radicalia, petiolata, erecta, oblonga, obtuſa, coriacea, tenuiſſime nervoſa et reticulata, inferne undata, integra, glabra. Rachis craſſa.

Petioli teretes, ſtriati, inanes, glabri, digitum craſſi.

Corolla aurantiaca.

Nectarium caeruleum

DISSERTATIO
DE
NOVIS GENERIBVS PLANTARVM.

P. VIII.

D. 17. DEC. 1798.

RESP.

NICOL. GUST. BODIN.

ROHRIA.

CALYX communis, polyphyllus, imbricatus: foliola interiora longiora.

COROLLA *compoſita*, radiata. *Corollulae* hermaphroditae plures in diſco; maſculae in radio. Cor *propria hermaphroditi* floris infundibuliformis, quinquefida, *laciniis* linearibus; *Maſcula* ligulata, lanceolata, tridentata.

STAM. *Hermaphroditis filamenta* 5, brevia. *Anthera* cylindrica, tubuloſa.
Maſculis Antherae 5, in fauce tubi.

PIST. *Hermaphroditis Germen* obovatum, hirſutum.
Stylus filiformis, longitudine corollae.
Stigma bifidum.
Maſculis nullum.

Peric. *Semen* hermaphroditis turbinatum, angulatum.

Pappus polyphyllus: *foliola* linearia, inaequalia, cuſpidata, ciliata, corolla breviora.

Receptaculum favoſum.

Sp. 1. R. *ſulcata:* foliis lanceolatis ciliato-ſpinoſis imbricatis, ſubtus uniſulcatis glabris.

2. R. *biſulca:* foliis lanceolatis ciliato-ſpinoſis imbricatis, ſubtus biſulcatis glabris.

3. R. *pectinata:* foliis lanceolatis ciliato-ſpinoſis imbricatis hirſutis.

4. R. *patula:* foliis lanceolatis ciliato-ſpinoſis patulis, ſubtus tomentoſis.

5. R. *ſquarroſa:* foliis lanceolatis ciliato-ſpinoſis reflexis imbricatis. *Thunb.* Act. Hafn. Hiſt. Nat. Vol. 3. S. 1. p. 100. f. 5.

6. R. *revoluta:* foliis linearibus ſpinoſis revolutis. Vahl. Act. Hafn. Hiſt. Nat. Vol. 2. S. 2. p. 40.

7. R. *lanceolata:* foliis lanceolatis remote ciliato-ſpinoſis erectis, ſubtus tomentoſis. *Thunb.* Act. Hafn. Vol. 3. S. 1. pag. 98. f. 4.

8. R. *ſetoſa:* foliis oblongis ciliato-ſpinoſis recurvis glabris, caule glabro. *Thunb.* Act. Hafn. Hiſt. Nat. Vol. 3. S. 1. p. 101.

9. R. *hiſpida:* foliis obovato-oblongis ciliato-ſpinoſis erectis glabris. *Thunb.* Act. Hafn. Hiſt. Nat. Vol. 3. S. 1. pag. 101. f. 6.

10. R. *ciliaris:* foliis ovatis glabris, bifariam ciliatis: ciliis exterioribus ſpinaque terminali reflexis. *Thunb.* Act. Hafn. Hiſt. Nat. Vol. 3. S. 1. p. 99.

11.

Sp. 11. R. *obovata:* foliis oblongis dentato-ſpinoſis glabris, calycibus lanceolatis ciliato-ſpinoſis. *Thunb.* Act. Hafn. Hiſt. Nat. Vol. 3. S. 1. p. 106.

12. R. *cuneata:* foliis oblongis quinquedentato ſpinoſis, ſubtus tomentoſis. *Thunb.* Act. Hafn. Hiſt. Nat. Vol. 3. S. 1. pag. 105. f. 10.

13. R. *incana:* foliis ovatis dentato-ſpinoſis, ſubtus tomentoſis, calycinis foliis oblongis tomentoſis ſpinoſis. *Thunb.* Act. Hafn. Hiſt. Nat. Vol. 3. S. 1. p. 106. f. 11.

14. R. *ſpinoſiſſima:* foliis connatis runcinatis ſpinoſis, calycibus pinnatifido-ſpinoſis. *Thunb.* Act. Hafn. Hiſt. Nat. Vol. 3. S. 1. p. 108. f. 12.

15. R. *Monanthos:* foliis omnibus ellipticis ſubtus tomentoſis, calycinis foliis lanceolatis ciliato-ſpinoſis. *Thunb.* Act. Hafn. Hiſt. Nat. Vol. 3. S. 1. pag. 102. f. 7.

16. R. *carlinoides:* foliis radicalibus ellipticis ciliato-ſpinoſis, ſubtus tomentoſis; caulinis oblongis calyceque ciliatis. Vahl. Act. Hafn. Hiſt. Nat. Vol. 1. S. 2. p. 17. f. 9.

17. R. *pungens:* foliis omnibus oblongis villoſis ciliato-ſpinoſis, calycinis foliolis lanceolatis ciliato-ſpinoſis.

18. R. *armata:* foliis radicalibus ellipticis ciliato-ſpinoſis, ſubtus tomentoſis; caulinis oblongis calyceque ciliatis. Vahl. Act. Hafn. Hiſt. Nat. Vol. 2. S. 2. p. 39. T. 8. Rhoria carthamoides. *Thunb.* l. c. Vol. 3. S. 1. p. 103. T. 8.

Sp. 19. R. *cynaroides:* foliis radicalibus integris inermibus, calycibus ovatis integris. Vahl. Act. Hafn. Hiſt. Nat. Vol. 1. S. 2. p. 16. Tab. 8.

20. R *grandiflora:* foliis oblongis dentato-ſpinoſis, ſubtus tomentoſis, flore ſolitario. *Thunb.* Act. Hafn. Hiſt Nat. Vol. 3. S. 1. p. 107. Tab. 7. Rhoria ilicifolia. Vahl. l. c. Vol. 2. S. 2. p. 40. T. 7.

21. R. *cruciata:* foliis cordato-ovatis glabris ſpinoſo-dentatis. *Thunb.* Act. Hafn. Hiſt. Nat. Vol. 3. S. 1. p. 104.

22. R. *decurrens:* foliis decurrentibus runcinatis ſpinoſo-ciliatis, ſubtus tomentoſis. *Thunb.* Act. Hafn. Hiſt. Nat. Vol. 3. S. 1. p. 104. f. 9.

23. R. *palmata:* foliis palmato-pinnatifidis, ſubtus tomentoſis ſpinoſis, caule lanato. *Thunb.* Act. Hafn. Hiſt. Natur. Vol. 3. Sect. 1. p. 108. fig. 13.

ZUCCANGNIA.

Calyx nullus.

Corolla monopetala, cylindrica, unguicularis, ſexfida: *laciniae* tres, exteriores duplo longiores, lanceolato-ſetaceae, ſaepe reflexae.

Stam. *Filamenta* 6.
Antherae ovatae.

Pist. *Germen* ſuperum.
Stylus unicus.

Peric. *Capſula* ſupera, ovata, trilocularis.

Sp. 1. Z. *viridis:* Phormium viride. Diſſ. Nov. Gener. Plant. P. 5. Lachenalia viridis. Prodr. Fl. Cap. p. 64. Hort. Kewenſis. Vol.

Vol. 1. pag. 462. Hyacinthus viridis. Linn. Syſt. Veg. XIV. p. 335. per Gmelin. p. 560. Spec. Plant. p. 454. Jacq. Plant. Rar. Vol. 1. fig. color.

SANSEVIERIA.

CALYX nullus.

COROLLA monopetala, infundibuliformis, perſiſtens, hexagona, ſexpartita: *limbi* laciniae lanceolatae, erectae, patentes.

STAM. *Filamenta* 6, ſubulata, baſi laciniarum limbi inſerta, longitudine corollae.

Antherae oblongae, erectae.

PIST. *Germen* ovatum.

Stylus ſubulatus, longitudine ſtaminum.

Stigma trifidum.

PERIC. *Bacca* globoſa, pulpoſa.

Semina plura.

Differt ab Alethride fructu.

SP. 1. S. *thryſiflora:* acaulis, foliis lanceolatis carnoſis, floribus geminatis. Prodr. Flor. Cap. 1. p. 65.

Alethris hyacinthoides: Guineenſis. Linn. Syſt. Veg. XIV. p. 336.

SP. 2. S. *aethiopica*: acaulis, foliis linguaeformibus convolutis racemoſo-oblongo, floribus erectis. Prodr. Flor. Cap. 1. pag. 65.

Alethris hyacinthoides: Zeylanica. Linn. Syſt. Veg. XIV. p. 336.

EUCOMIS.

CALYX nullus.

COROLLA monopetala, campanulata, ſexpartita: *limbi* laciniae oblongae, obtuſae.

STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, baſi dilatata et coalita in Nectarium concavum fundo corollae adnatum, corolla breviora.
Antherae ovatae.
PIST. *Germen* ſuperum, ovatum, trigonum.
Stylus ſubulatus.
Stigma ſimplex.
PERIC. *Capſula* ovata, obtuſa, glabra, trigona, trilocularis, trivalvis.
Semina plurima, ovata, parva.
Nimis affine genus Ornithogalo.
SPECIES 1. E. *nana*: foliis ovato-oblongis, racemo ſpicato.
Fritillaria nana. Linn. Syſt. Veg. XIV. p. 325.
Ornithogalum nanum. Prodr. Flor. Cap. 1. pag. 62.
SP. 2. E. *undulata*: foliis enſiformibus undulatis, racemo ſpicato.
Ornithogalum undulatum. Prodr. Flor. Cap. 1. pag. 62.
SP. 3. E. *punctata*: foliis enſiformibus undudulatis canaliculatis, racemo longiſſimo.
Ornithogalum punctatum. Prodr. Flor. Cap. 1. pag. 62.

S C O T I A.

CALYX. *Perianthium* monophyllum, 5-fidum. *Tubus* turbinatus, ſubcompreſſus, perſiſtens. *Limbi* laciniae ovatae, obtuſae, concavae, aequales, erectae.
COROLLA 5-petala. *Petala* tubo calycis inſerta, oblonga, concava, obtuſa, aequalia, erecta, lateribus mutuo incumbentia, laciniis calycis duplo longiora.
STAM. *Filamenta* 10, ſubulata, tubo calycis inſerta, erecta, petalis paullo longiora.
Antherae

Antherae oblongae, incumbentes.
PIST. *Germen* ſuperum, oblongum, compreſſum, pedicellatum.
Stylus filiformis, longitudine ſtaminum.
Stigma ſimplex, obtuſum.
PERIC. *Legumen* compreſſum, oblongum, glabrum, digitale.
Semen ſolitarium vel bina.
SEMINA cocta Hottentottis edulia.

SP. 1. S. *afra*. Prodr. Flor. Cap. p. 79.
Guaiacum afrum. Linn. Syſt. veg. XIV. p. 396.

ROEMERIA.

CALYX. *Perianthium* 5-phyllum, obſolete 5-gonum: foliola ovata, acuta, concava, extus hirſuta, perſiſtentia.
COROLLA pentapetala. *Petala* ovata, obtuſa, concava, erecta.
STAM. *Filamenta* 5, brevia.
Antherae ovatae.
PIST. *Germen* ſuperum, ovatum, vertice depreſſum.
Stylus craſſus, erectus, longitudine ſtaminum.
Stigmata tria, ſubrotunda.
PERIC. *Nux* rotundata, rugoſo-ſtriata, unilocularis, in embryone triſperma.
Semen unicum ad maturitatem perveniens oblongum, rubrum, lateri pedicelli affixum.

Differt a Sideroxylo:
1. *Calyce 5-phyllo, nec 1-phyllo.*
2. *Corolla 5-petala, nec rotata.*
3. *Stigmatibus tribus, nec ſimplici.*

SP.

Sp. 1. R. *argentea:* foliis ovatis retuſis tomentoſis.

2. R. *inermis:* foliis ovatis retuſis glabris.

3. R. *melanophlea:* ſoliis elliptico-oblongis glabris.

Sideroxylon argenteum, inerme et melanophleum. *Thunb.* Prodrom. Flor. Capenſ. pag. 36.

S E R I S S A.

Calyx. *Perianthium* 1-phyllum, inferum, glabrum, minimum, 5-dentatum.

Corolla tubuloſa, glabra, vireſcens, 5-partita. *Laciniae* ovatae, reflexae. *Tubus* fauce barba clauſus.

Stamin. *Filamenta* 5, breviſſima, ori tubi inter lacinias inſerta.

Antherae ovatae, didymae, flavo-nigrae.

Pist. *Germen* ſuperum, convexum, glabrum.

Stylus filiformis, exſertus, tubo paullo longior.

Stigma globoſo-capitatum.

Peric. *Capſula* didyma, compreſſa, emarginata, bilocularis.

Species 1. S. *capenſis:* foliis ovatis glabris, ramis flexuoſis, floribus paniculatis.

Lycium barbatum. Prodr. Flor. Cap. p. 37. Linn. Syſt. veg. XIV. p. 228. Suppl. p. 150.

Creſcit in collibus infra montes urbis Cap et alibi.

Floret Auguſto et ſequentibus menſibus.

Frutex glaber, bipedalis et ultra.

Rami alterni, divaricati, flexuoſi, rugoſi, cinerei, ramuloſi.

Folia

Folia oppoſita, petiolata, ovata, obtuſiuſcula, ſaepe acuminata, integra, glabra, ſupra viridia, ſubtus pallida, pollicaria et ultra.

Petioli unguiculares.

Flores axillares, paniculati.

Pedunculi capillares.

Stipulae et Bractae albo ciliatae.

SPECIES 2. S. *Iaponica:*

Lycium japonicum. Flor. Japon. p. 93.

A U G E A.

CALYX. *Perianthium* 1-phyllum, canaliculatum, perſiſtens, 5-partitum.

Laciniae ovatae, obtuſae cum acumine, concavae, flaveſcentes, erectae, lineam longae.

COROLLA nulla.

NECTARIUM 1-phyllum, baſi calycis inſertum, germen cingens, 10-dentatum, breviſſimum.

STAM. *Filamenta* decem, dentibus Nectarii inſerta, capillaria, erecta, breviſſima.

Antherae ſubulatae, ſulcatae, erectae, flavae, calyce breviores.

PIST. *Germen* ſuperum.

Stylus filiformis, erectus, flavus, breviſſimus.

Stigma ſimplex, obtuſum, flavum.

PERIC. *Capſula* baccata, tereti-oblonga, obtuſa, glabra, decemſtriata, pulpoſa, decemvalvis, decemlocularis, pollicaris.

Semina tunica propria cincta alba, plurima, lenticularia, glabra, viridia.

CHARA-

Character *generis:* Cal. 5 partit. Cor. nulla. Nectarium decemdentatum. Capſula 10-valvis, 10-locularis.

Locus: Decandria, Monogynia, poſt Samydam.

Species A. *Capenſis.*

Creſcit in Carro iuxta Bockland.

Floret Octobri.

Radix annua, fuſiformis, fibroſa.

Caulis ſtatim a radice in ramos diviſus, herbaceus, glaber, erectiuſculus.

Rami alterni, ſimplices et ramuloſi, teretes, glabri, erectiuſculi, pedales.

Folia oppoſita, connata, teretia, ſupra plana, obtuſa, erecta, glabra, ſeſquipollicaria.

Flores laterales inter folia, ſolitarii, bini vel tres, pedunculati, erecti.

Pedunculus uniflorus, unguicularis.

Tota planta ſucculenta, glabra, debilis.

PLECTRANTHUS.

Calyx. *Perianthium* 1-phyllum, bilabiatum: *Labium* ſuperius ovatum, latius, adſcendens; inferius quadrifidum, acutum: *Laciniae* duae infimae paullo longiores.

Corolla 1-petala, ringens, reſupinata: *Tubus* compreſſus, calyce longior: *Labium* ſuperius trifidum: lacinia media exciſa maior: inferius ovatum, integrum, concavum.

Nectarium calcaratum e baſi tubi corollae.

Stam. *Filamenta* 4, ſubulata, declinata, inaequalia.

Antherae ovatae.

Pist. *Germen* ſuperum, partitum, glabrum. *Stylus*

Stylus filiformis, longitudine et ſitu ſtaminum.

Stigma bifidum.

Peric. *Semina* nuda quatuor, ſubrotunda.

Character *generis:* Corolla reſupinata: Nectarium calcaratum: Stamina ſimplicia.

Locus: Didynamia, Gymnoſpermia, ante Ocymum.

Species 1. P. *fruticoſus.* Herit. Stirp. nov. p. 85. tab. 41. Hort. Kewenſ. vol. 2. pag. 322.

Creſcit *in ſylvis Hautniquas copioſe, prope Kabeliaus-rivier et alibi.*

Floret *Novembri, Decembri.*

Caulis *fruteſcens, ſulcatus, tenuiſſime pubeſcens, erectus, bipedalis vel ultra.*

Folia *petiolata, ſubcordata, ovata, acuta, inciſo-ſerrata ſerraturis ſerratis, tenuiſſime pubeſcentia, ſubtus pallida, tenuia, patentia, palmaria.*

Petioli *pollicares.*

Rami *floriferi decuſſati, aphylli, palmares et ultra.*

Flores *verticillati, circiter 6, e ſingulo latere tres, pedunculati.*

Pedunculi *capillares, uniflori, unguiculares.*

DISSER-

DISSERTATIO
DE
SCIENTIA BOTANICA
VTILI ATQVE IVCVNDA.

D. 20. DEC. 1793.

RESP.

JOH. JAC. HEDRÈN.

§. I.

Magna ſunt opera Dei et admiranda, quibus attente conſiderandis pius maxime delectatur animus. Gloria Creatoris plena tellus eſt, quae infinita ſummae bonitatis, potentiae ac ſapientiae eius documenta luculenter oſtentat. Herbae, quae ex gremio terrae progerminant, varietate admirabili et ſuavitate ſingulari ſenſus noſtros afficiunt et oblectant noſtrisque abunde inſerviunt uſibus. Harum igitur cognitio ab ipſo usque mundi exordio hominibus grata fuit et fructuoſa, utpote quae vitae ſuſtentandae et iucundius transigendae uberrimos aperit fontes. Uſus enim vegetabilium ad quamlibet vivendi rationem ſeſe extendit, et cuique ordini atque condi-

conditioni apprime eſt conveniens. Tanta enim copia rerum, tanta ubertate plantarum terra abundat, ut mirifico ſuo emolumento atque ſingulari delectatione omnibus ſeſe maximopere commendet. Evincit hoc non tantum eorum proſperitas, qui indolem, commoda et delectamenta Regni Vegetabilis diligenter inveſtigarunt; verum etiam aliorum, qui in rebus naturae ſcrutandis negligenter ſunt verſati, ſors adflictior; dum earum rerum, quae animum oblectant et quibus ad vitae ſuſtentationem carere nequimus, maxima haud raro premuntur inopia. Fuerunt, fatemur et fortaſſis adhuc ſunt, qui ſtudio Botanico non aequum ſatis ſtatuant pretium. Hi autem fere ſunt, qui, ſufficienti eiusdem cognitione deſtituti, iuſtum de eo ferre iudicium non valent; quippe qui nihil utile, nihil iucundum reputant, niſi quod ipſis ſingularem praeſtiterit uſum. Qui vero rem ſine praeiudicio aeſtimant, et commoda huius diſciplinae iuſta lance ponderare didicerunt, confeſtim ſane praeſtantiam eius atque vltro praedicabunt. Mihi certe, ductu Parentis optimi, in ſolo natali amoeniſſimos Florae campos pervagari iucundum fuit, meumque herbas inveſtigandi et examinandi ardorem inſignis nobiliſſimi mei *Praeſidis* favor et exoptatiſſima, quae mihi eius ſub auſpiciis diſcendi contigit occaſio, mirum in modum exacuit. Hinc ſpecimen qualecumque Academicum edituro hoc imprimis arriſit argumentum, vt de Scientia Botanica utili et iucunda pauculas adferrem meditationes. Artis per ſe commendatiſſimae laudationem tentare temerarium foret: commilitones, praeſtantiae et ſuavitatis eius nondum ſatis convictos, commonefacere, non fortaſſis a communi ſcopo erit alienum. Tenellarum probe conſcius vi-

rium Te C. L. enixe rogo, velis iuvenilem conatum mitiori ſubiicere cenſurae.

§. II.

Botanica Scientia, quae vegetabilia per certas notas diſcernere et in ſuas claſſes apte referre docet, non vanis ſpeculationibus et coniecturis, quibus nihil certum, nihil ſalutare invenitur, ſed diligenti naturae inſpectione et attenta obiectorum comparatione nititur. Certis illa atque indubiis obſervationibus et experimentis comparatur, habitumque plantarum ſpecies ad certos characteres examinandi continet. Neque enim bonus et eruditus eſt Botanicus, qui herbas tantum nonnullas ab aliis diſtinguere et nomina earundem repetere didicit; ſed qui, ex regulis certioribus ſtabilitis, per latifundia Florae patentiſſima, utiles a noxiis et uſu nondum perſpectis rite dignoſcere valet. Hic vero bene merendi ſtudio incenſus indefeſſam navat operam, vt ſuam aliorumque cognitionem ac peritiam amplificet inque vtilitatem hominum communem, quantum fieri poteſt, convertat. Nomen Botanices Graecum et nomina herbarum plurima e lingua Hellados deſumta. Graecis floridam hanc diſciplinam fuiſſe familiarem admonent. Regibus hortorum culturam arborumque plantationes olim negotium fuiſſe perquam adamatum luculenter monſtrat *Xenophon* *): unde Botanicam artem non ſordidam, ſed quantivis pretii habitam fuiſſe, ſatis conſtat. Hinc non quidem ſyſtematicas, quales noſtra oſtentat aetas, ſed perutiles tamen Graeci reliquerunt Botanicas obſervationes. Dein vero magis magisque

*) Lib. Oecon. cap. IV.

que crevit Botanica, donec noſtris temporibus incredibili doctorum virorum labore in ſummum evecta eſt faſtigium. Speramus autem fore, vt in poſterum maiora etiam capiat incrementa; imprimis cum ad naturam magis, quam hypotheſes receptas, ſuas iam inſtituant praeceptiones Botanici.

§. III.

Multiplex omnino Botanices in omni hominum vita eſt vtilitas; ſed quam ſigillatim explicare mearum non eſt virium. Per ſumma tantum capita eundo oſtendere conabor, quod religioni, quod medicinae, quod oeconomiae plurimum illa praeſtet uſum. Sacra ſcriptura, unde cognitio Dei vitaeque religioſae eſt petenda, plurium herbarum et arborum paſſim facit mentionem, quibus deſcribendis operam haud contemnendam, diſpari licet ſucceſſu, impenderunt Hierobotanici. Huic vero ſacrae Philologiae parti lucem, ex obſervationibus peregrinantium diligentiſſime collectis et cum lingua originali collatis, plane eximiam addit S. Theol. Adiunctus percelebris *Sam. Oedmann.* Allegorias et imagines, praeceptis illuſtrandis idoneas, ex numeroſa vegetabilum cohorte ſacri ſcriptores deſumſerunt; ad quas rite intelligendas et fiduciae firmandae moribusque emendandis adplicandas plurimum conducit Botanica. Ratio enim ſimilitudinis, quam tertium comparationis vocant Rhetores, rebus, unde ſumta eſt, incognitis, inveſtigari et explicari nequit. De cetero lilia agri, quae gloriam Salomonis ornatu ſuo longe ſuperant, et reliqua naturae floreſcentis ac frugiferae miracula, ad providentiam Dei

venerandam et curas inanes abigendas ſpectari et conſiderari merentur. Spectator autem Botanica eruditione praeditus in plantis, maximis minimis, admiranda ſuſpicit bonitatis ac ſapientiae veſtigia. Sic vero ſibi conſtat illud *Stigelii:*

Emicat ex parvis divina potentia rebus:
Et levis eſt ceſpes, qui probat eſſe Deum.

Optime igitur ſibi ſuisque auditoribus conſulit eccleſiae doctor, ſi ſtudium Botanicum Theologicis adiungit curis, ut in campis, in ſylvis et hortis non minus, quam in aedibus, tum publicis tum privatis, religionem ſalutiferam illuſtrare atque ad pietatem in omnibus perutilem ſerio et fideliter homines, pro re nata, exhortari poſſit.

§. IV.

Medicinae ſtudio cognitionem herbarum diſtinctam maximum praeſtare adiumentum eidemque vinculo arctiſſimo eſſe adnexam, notius eſt, quam ut admoneri, ne dicam demonſtrari, debeat. Quis enim, vel paululum in circulis ſcientiarum verſatus, ignorat, materiam Medicam, quae res medicamentis praeparandis aptas continet, in aliis quidem naturae regnis, minerali nempe et animali, haud fruſtra quaeri, ſed magna ſatis copia et praeſtantia inveniri: et easdem longe maiori numero regnum offerre Vegetabile? Non omnium quidem, quae hucusque detectae ſunt, herbarum vis medendi certo patefacta eſt; nec umquam forte medicis innoteſcet; dum cognitorum ex hoc regno medicaminum non inopia, ſed copia verius laborent: ſed praeter officinalia, quae iam dudum in Pharmacopoliis

copoliis praeparantur et diſpari virtute ſe commendant, alia paſſim vegetabilia, uſitatis efficaciora aut aequiparanda, caſu vel induſtria peritiorum deteguntur, atque adeo Botanologiae medicae nova conſtituunt obiecta. Pharmaceuticae ac Medicinae ſtudioſis neutiquam negligenda. Praeterea non ſalubres tantum, ſed venenoſas etiam aut quovis nomine noxias herbas cognoſcere ſapientem decet. Sic enim obſervato a ceteris diſcrimine noxius caveri effectus aut impediri poteſt. Nec herbas pro inutilibus huc usque habitas cognoſcere, ſi occaſio detur, inconſultum eſt. Nam ſic latens forte in illis vis indagari poterit, et ipſa ab exploratis facilius dignoſcuntur. Neque vero in hunc finem perfunctorie Botanicam libare ſcientiam ſufficit. Tanta enim eſt vegetabilium multitudo et varietas, tanta plurimorum affinitas, ut ſpecie quadam decipi et unum pro altero ſumere, cuius tamen vis aut nulla ſit aut contraria, ſit faciliimum. Quemadmodum vero ſcientiae haud raro mutuam ſibi porrigunt opem: ita virium indolem et differentiam ſine adminiculis Chemiae et obſervationibus medicis invenire Botanicus ac determinare nequit.

§. V.

Plurimae, ut cuivis notum, ſunt ſpecies Oeconomiae. Alia reipublicae eſt, reditibus publicis adminiſtrandis occupata; privatorum, in opibus colligendis, uſurpandis et conſervandis poſita. Hanc prioris fundamentum, illam huius eſſe praeſidium per ſe patet. Cum vero Oeconomiae privatae agricultura ſit pars praecipua, cui mercatura et artes manuariae eximium praebent

 adiu-

adiumentum: facile conſtat, oeconomis, qui terrae proventu et fructibus potiſſimum nituntur, vegetabilium cognitionem adcuratiorem multiplici nomine eſſe fructuoſam. Sive enim agros vario frumentorum genere conferendos, ſive prata diverſis graminibus et floribus ornata, ſive hortos arboribus frugiferis et amoenis conſitos, ſive ſylvas frondoſas, aedibus aliisque operibus materiam ſuppeditantes, ſive rem denique pecuariam, paſcuis et pabulo ſuſtinendam, reſpicimus; ſcientiae Botanicae uſus in ſingulis maxime eſt inſignis et conſpicuus. Nam et ſemina terrae committenda et ſegetes atque aliae, quas terra, ſponte aut per culturam, profert, omnes plantarum ſpecies Botanicam admittunt, immo poſcunt, conſiderationem. Non quidem eruditam illam et ſubtiliorem rei tractationem, quae, certis ſuperſtructa regulis et in varias diſtributa claſſes, ſyſtematica dicitur, omnis terrae cultura poſtulat; neque hanc ſingulis cuiuscumque ordinis oeconomis, quorum plerique diffuſioris et artificioſae cognitionis minime ſunt capaces, commendandam cenſemus: ſed quo diſtinctiori tamen quisque gaudet rerum cognitione, eo iuſtius illis ſtatuere pretium, eoque facilius et felicius easdem in ſua aliorumque convertere poteſt commoda. Noſcat igitur oeconomus herbas hominibus et pecoribus eſculentas, aut alia quadam ratione utiles, ut ſerat, ut ſervet, ut colligat: noſcat damnoſas, ut exſtirpet aut ab uſu removeat. Neque oeconomiae mercantium aut opificum Botanica eſt inutilis. Varias enim merces e vegetabili regno productas, vel intra patriam vel apud exteros, vendit oeconomus Botanicae ſubſidiis adiutus. Varii per officinas tinctorias linteis, laneis, ſericeis aliisque mercibus textura paratis,

paratis, herbarum ope inducuntur colores; ut alia bene multa Botanices commoda oeconomica ſicco pede praeteream.

§. VI.

At non prodeſſe tantum, verum etiam delectare vult alma Botanica. Maxima quidem eius utilitas per ſe non ſine ſuaviſſima quadam delectatione percipitur: ſed ipſum etiam hoc ſtudium genuinis cultoribus plurima adfert delectamenta. Non omnia, quae ſuſcipimus, lucrum ſpectant. Venatorem in ſylvis curſitantem motus; luſorem iactuum varietas praecipue delectat. Non ſemper neceſſaria ſectamur: maiori interdum niſu quaerimus, quae iucundum nobis ſenſum pariunt. Herbarum profecto arborumque attentior inſpectio et conſideratio tantum habet innocentiſſimae iucunditatis, ut ſi non adeo magnum nobis oſtenderet atque ſuppeditaret fructum, ſed ſola ex hac peteretur delectatio; haec tamen animi recreatio humaniſſima plane ac liberaliſſima deberet iudicari. Miramur homines, qui unicum ſaepe florem maximo adquirunt pretio; miramur Botanophilos, qui numeroſas herbarum collectiones magnis comparant laboribus atque impenſis. Sed diverſa hominum ingenia recte reputantes, non utique indignabimur, ſi, absque iniuria et ſuperclioſo aliorum contemtu, ſua trahat quemque voluptas. Illi autem, qui, ut *Cicero* dicit, nimis magnum ſtudium multamque operam in res obſcuras atque difficiles conferunt, easdemque non neceſſarias, et qui in quacumque ſcientia veri et pulcri inveſtigandi ſtudio a rebus gerundis ſeſe ita abduci patiuntur, ut nihil inde ad communem poſſint adferre

 fructum,

fructum, merito culpantur. Is vero iure laudabitur, qui, dum alios ad opera optimi Creatoris magni aeſtimanda et ſapienter utenda, perducere ſtudet, atque adeo boni viri ac civis officia, quantum eius muneris vitaeque generis ratio permittit, fideliter obſervat, in contemplatione rerum naturalium, quae totidem infinitae Dei gloriae ſunt ſpecula, ſuaviter acquieſcit.

DISSER-

DISSERTATIO
DE
FLORA STRENGNESENSIS.

D. 7. DEC. 1791.

RESP.

CAROL. AXELIUS CARLSON.

Potuiſſe Botanices hodiernae Parentem, perilluſtrem Archiatrum et Equitem a Linné, immenſis praeterea laboribus occupatum plantas univerſae patriae noſtrae propemodum omnes in unum colligere catalogum, et loca ſimul domeſtica plerarumque plura detegere, tam eſt mirandum, quam fuit inevitabile, vt nonnullae regni vaſtiſſimi ſtirpes inveſtigationem eius perſpicaciſſimam fugerent, multisque, et forſan innumeris, tractibus habitarent vegetabiles incolae, quibus ille paucas tantum ſedes, et aliquando non niſi unicam, intra fines Svio Gothicos, in *Flora* ſua *Svecica* adſignavit.

Non vna certe aetas humana, non unius hominis, quamuis accuratiſſima, diligentia inquirendis per omnia Imperii Svecici loca vegetabilibus ſufficere poteſt; ſed ad locupletandam et, ſi fieri poteſt, perficiendam aliquando, patriae Floram, plurium, et in locis diverſis ſingulatim inquirentium ſtudia poterunt ſenſim conferre. Scilicet vt in praefatione ad *Iter Scanicum* docuit nominatus orbis Botanici Doctor: *Hvar gård, ja hvar hage ſkulle kunna fordra flere månaders underſökning*; idque, vt videtur, eo inprimis, quod non uno eodemque tempore, ſed ſucceſſiva vicisſitudine, a primis veris initiis in adultum usque auctumnum, plantarum ſpecies aliae atque aliae floreant, et quidem plurimae tam brevis intervallo temporis, ut, poſt paucas ab efflorefcendi primordio hebdomades, nullus amplius earumdem flos reperiatur. Quo etiam accedit, quod ſint non paucae, quae certis tantum diei horis flores ſuos habeant explicatos. Ad deprehendendas autem plantas, quarum non niſi caules et folia exſtent, eaque forſitan marcida et exoleta, attentiore opus eſt indagatione; et ea quoque haud raro irrita, non obſervatae praetereuntur.

Non igitur male collocare operam videntur Studioſi Botanices, qui loca ſibi vicina

vicina et circumiecta, ſtudio indefeſſo ſcrutantur, plantasque iis innatas perquirunt ac notant; quo tractus illius vegetabilium exſtet et ſervari poſſit cognitio, non accolis modo ad oeconomiam et medicinam utilis, ſed et componendae a poſteris Florae totius regni, quantum fieri poteſt, expletae, ſuo pro modulo ſerviens.

Exſtant huius generis inſtituta typis vulgata, ſed admodum pauca: *Herbationes Upſalienſes* clariſſimi Doctoris ANDR. FORNANDER, *Flora Åkeröënſis* a CAROL. JOH. LUUT, anno 1769, *Pandora et Flora Rybyenſis*, per DAN. HENR. SÖDERBERG, 1771. editae, et Academicis ventilatae Diſputationibus. Totius vero provinciae Nericiae plantas inveſtigavit et vernacula lingua luci exhibuit publicae ABRAHAM. ZAMZELIUS, 1760, ſub titulo: *Blomſterkranz af i Neriket befintliga våxter.*

His excitatus exemplis, ad ponenda tirocinia Botanicae ſcientiae, quam a prima uſque pueritia ſuſpexi, non alienum eſſe putavi, plantas, quae ſolum mihi natale occupant et Strengneſiam in terris proxime circumiacentibus velut accolae cingunt, in catalogum referre, et ſchediaſmate Academico cognitioni popularium prodere. Auctius hoc et completius haud dubie futurum

turum fuiſſet tentamen, ſi plures adhuc aeſtates inveſtigationi perſequendae addidiſſem, quum non modo ſuſpicari par ſit, ſed habeam mihi perſuaſiſſimum, plures quam quae hic recenſentur plantas, locis oppido noſtro propinquis innaſci, eoque id certius iudico, quod et ultima hac aeſtate non paucas fuerim aſſecutus, praecedentibus annis non deprehenſas.

Aſt quum Floram loci utcunque circumſcripti perfectam et omnibus abſolutam numeris condere vix unquam tamen valerem, mutare etiam loca nonnullos regni Vegetabilis cives notum ſit, ita ut aufugiant aliae, adventent et ſedem, ut novi coloni figant aliae ſtirpes, morari eo minus nolui inſtitutum, quod qualis mihi in poſterum futura ſit occaſio, hos eosdem Florae fundos luſtrandi ſit incertiſſimum.

Prodeant igitur ac tironibus Botanices Strengneſenſibus innoteſcant, quot, per unum alterumque luſtrum, invenire potui, ſtirpes plantarum urbi noſtrae vicinae. Augere deinceps copiam Florulae huius, ſi tulerint fata, non equidem deſinam; nec dubito futuros eſſe, qui per ſequentia tempora ſuam conferant ad ſarciendos defectus operam. Eſſe autem illos in Graminum indicatione et in claſſe Cryptogamiae potiſſi-

tiſſimos, leviſſima pagellarum inſpectione animadvertitur. Quum vero compererim quanto ſit impedimento novellis Botanicae diſcipulis neſcire quo tempore floreant ſingulae plantarum ſpecies, ignorato ſimul peculiari ſingularum domicilio; et loca potiorum peculiaria, et tempus florendi plurimarum obſervatum, notavi, ſperans eo fore, ut qui ex hac regionis particula colligere voluerint herbas, adoleſcentibus opus non ſit dubitare, quam plagam verſus, hoc vel illo tempore ſit excurrendum, ne inutili vagatione, quae vel anni progreſſus, vel ſolum calcandum non praebet, quaerant.

Situm eſt oppidum Strengneſia, Gymnaſio Sudermanniae et Nericiae inſtructum, inter gradus Latitudinis 59 et 60, ad occidentem vero a Meridiano Obſervatorii Upſal. minutis temporis circiter tribus, littori Lacus Mâleri contiguum, inſulis, ſylvis, nemoribus, pratis, agris, paſcuis et paludibus undique circumdatum, lacubus etiam minoribus, fontibus, fretis, torrentibus et eorum oſtiis, ſatis vicinum. Quibus in locis, natura differentibus, ut diverſi generis plantas generari congruum eſt, ita, quae hic enumerabuntur, in proximis plurimas locis hucusque inveni; in

paulo

paulo remotioribus paucas, nullam vero ultra duo cum dimidio, milliaria ſuecica ab oppido enatam quaeſivi.

In opuſculum pro ratione tirocinii comparatum et iunioribus rei herbariae ſtudioſis praeſertim appoſitum, ſi qui forſan oculos coniecerint viri eruditiores aut ſcientiae peritiſſimi, indulgentem eorum cenſuram et mitem mihi tenuitatis veniam precor.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

Hippuris, *vulgaris*, Fl. Sv. Ed. 2. N. 2. in alveo exſiccato freti Eldſundenſis, prope ad pontem alibique. Floret in Majo et Junio.

DIGYNIA.

Callitriche, *verna*, Fl. Sv. 3. in prato uliginoſo terrae urbicae Löten, florens lecta d. 27. Jun. 1791.

— *autumnalis*, F. S. 4. in foſſis et locis udis paſſim; inventa menſe Julio exeunte, in Auguſto et Septembri florens.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

Circaea, *alpina*, 7, in paſcuis uliginoſis, alnorumque nemore praedii ruſtici Mörby, in inſula Selö; inventa florens, d. 6. Jul. 1786, et in alneto praedii equeſtris Olivehåll, d. 26. Jul. 1791.

Veronica, *ſpicata*, 10, in inſula praedii Vaxang, Gåsholmen dicta, abunde, ad finem Julii et initio Aug. florens.

— *officinalis*, 12, Ehrenpris, in ſylvis et campis ſterilioribus paſſim, maxime vero in paſcuis intra ſylvam Thun circumſeptis, prope ad viam inter tugurium Storudden et rura auſtralia paroeciae Strengneſenſis, abundans, et florens inventa, d. 27. Jun. 1789.

Vero-

Veronica *Anagallis*, 13, in rivulo, praedium ruſticum Hagby, paroeciae Hårad, praeterlabente, florens inventa d. 21. Julii 1791.

— *Beccabunga*, 14. in rivulo prati meridionalis, Noſocomii, nonnulla, et in rivulo fontis inter Dalſången et Guldringen copioſiſſima. Floret menſe Junio.

— *ſerpyllifolia*, 16, in paſcuis et ad vias paſſim. Initio Junii florens inventa.

— *ſcutellata*, 17, in locis uliginoſis paſſim, menſibus Junio et Julio florens inventa.

— *Chamaedrys*, 18, in pratis et intra hortos menſe Junio, in extremitate orientali inſulae Segerö, copia abundantiſſima.

— *agreſtis*, 20, florens inventa in paſcuis Stenbyenſibus, d. 8 Julii 1786. et in promontorio Gorſingenſi 1791, d. 2 Oct. et 29 Maji. Etiam in Aprili florens viſa.

— *verna*, 23, intra hortos oppii paſſim, in promontorio occidentali Gorſingenſi et jugis prati Régii eiusdem nominis. Florens inventa d. 15 Maji 1791.

Pingvicula, *vulgaris*, 25, Fetôrt, in prato Åsbyenſi occidentali, florens menſe Junio.

Utricularia, *vulgaris*. 28, florens inventa in alveo freti Eldſund, poſt aquarum ſubſidentiam, limoſo; prope ad pontem, orientem verſus, d. 21 Julii 1783, inque amnis Ekſaenſis aquis humilibus et quietis, prope ad molendinm inferius ac pontem, d. 17 Aug. 1790 et d. 19 eiusdem 1791. Reperta etiam in rivo qui praeterit Biſkopsquarn praediolum.

Lycopus, *europaeus*, 31, in freto Eldſund, non procul a pago cognomine; Julio menſe exeunte, et initio Aug. florens.

DIGYNIA

DIGYNIA.

ANTHOXANTHUM, *odoratum*, 33, in inſula Vargholmen, et pratis urbi circumiectis frequens; ad exitum Maji et in Junio florens.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

VALERIANA, *officinalis*, 34, Vändelört, in pratis paſſim, ad finem Junii, in Julio et Auguſto, uſque in Sept. florens; praecipue vero in prato Tynaſenſi.

— *Locuſta*, 36, Winterrapunzel, in inſula Vaxängſkär vel Gåsholmen dicta, florens inventa d. 24. Maji 1787.

IRIS, *Pſeudacorus*, 37, Svärdslilia, in aquis, ad littora paſſim, florens inventa d. 9 Julii 1784, et 29. Jun. 1789.

SCIRPUS, *paluſtris*, 42, Knappſäf, in littoribus lacus Måleri; florens repertus in Maio et Junio.

— *caeſpitoſus*, 43, in turſis paludum et locis uliginoſis paſſim. In Junio viſus florere.

— *acicularis*, 44, in freto Eldſundenſi, alibique ad littora; florens lectus d. 1. Julii 1789.

— *lacuſtris*, 46, Kolvaſs, in lacu ad littora frequens. Floret in Auguſto.

— *ſylvaticus*, 48, Skogsſäf, in agellis Dalſängenſibus, ſupra lacum Guldrinden, lectus florens d. 1. Julii 1789.

ERIOPHORUM, *polyſtachion*, 49, Ångull, inventum nondum florens, in circumſeptis paſcuis ſylvaticis d. 30. April 1791.

— *vaginatum*, 50, Hadd, in Kaſvelbro-moſſe, aliisque locis paludoſis, florens inventum 1790, d. 5. Maji.

DIGYNIA.

PHALARIS, *arundinacea*, 54, Rörflen, ad littora glareoſa inſularum, florens viſa d. 17. Julii 1786, et eodem die Junii 1789.

— *phleoides*, 54, Rollflen, in coemeterio urbis; d. 12. Julii 1787. et in nemore prati Nyången d. 20. eiusdem florens inventa.

PHLEUM, *pratenſe*, 56, Ångkampe, florens in pratis circumiacentibus viſum in Julio et Auguſto.

ALOPECURUS, *pratenſis*, 59, Ångkafle, in pratis vicinis florens lectus d. 4. Junii 1791 et 26. Aug. 1786.

— *geniculatus*, 60, Kårrkafle, in lacu prope ad littus praedii ruſt. Stenby; florens inventus d. 8. Jul. 1786, et 26. Aug. in ſcrobiculis viae Regiae parallelis, prope ad lucunam Vattmyra.

MILIUM, *effuſum*, 61, Luktgrås, in nemoribus prati Måringenſis, repertum d. 9. Junii 1791.

AGROSTIS, Spica *venti*, 62, Åkerhven, in agris eorumque marginibus, in pratis et inſulis frequens.

— *arundinacea*, 63, Piphven, in ſylvis propinquis et Juniperetis, non infrequens; florens viſa d. 27. Jun. 1790.

— *ſtolonifera*, Kryphven, 66, in pratis depreſſis maximeque in Tynelſöënſi auſtrali abundans, et in marginibus agrorum frequens; florere viſa in Julio et Auguſto.

AIRA, *caeſpitoſa*, 70, Taktåtel, in pratis ubique, viſa praeſertim copioſe in prato littorali tugurii Tynås.

— *flexuoſa*, 71, Kruståtel, in inſulis propinquis ubi depaſtae non fuerint. In Kållarholmen florens lecta d. 16. Julii 1791.

AIRA,

Aira, *caerulea*, 67, Blåtåtel, in marginibus agrorum paſſim, et in Tynelſö Djurgårdſäng, abundanter, florens inventa per menſem Julii.

Melica, *nutans*, 76, Bergſlok, in luco promontorii Gorſingenſis, inſulisque lacus, menſibus Maji et Jun. non infrequens.

Poa, *trivialis*, 80, Betersgröë, in paſcuis et pratis inventa d. 27. Maji, 14. Junii, et florens d. 17. Jul. 1791.

— *anguſtifolia*, 81, Ångsgröë, in pratis et hortorum herbidis frequens, inventa florens d. 27. Maji et 14. Junii.

— *pratenſis*, 82, Slattergröë, frequens in pratis. Florens viſa d. 16. Julii 1791.

— *annua*, 83, Hvitgröë, in coemeterio urbis, hortis et pratis vulgaris. Florere eſt viſa d. 15. Julii.

— *nemoralis*, 85, Lundgröë, in nemoribus pratorum. Lecta florens d. 17. Julii 1786.

Briza, *media*, 86, Darrgrås, in pratis et collibus frequens. Viſa florens d. 29. Jun. 1791.

Dactylis, *glomerata*, 87, Hundexing, in pratis et hortorum caeſpitibus multa; florere ſolita in Junio, per Julium et Auguſtum, vsque in multum Septembrem.

Cynosurus, *criſtatus*, 88, Kambexing, locis qualibus praecedens, menſe Junio, Julio et Auguſto florens.

— *caeruleus*, 89, Elfexing, in pratis et paſcuis, coemeterio etc. florere viſus d. 29. Maji 1790.

Festuca, *ovina*, 91, Fårſvingel, in paſcuis, collibus, tectis etc. frequens; inventa florens d. 14 et 19. Junii 1787.

— *rubra*, 92, Rödſvingel, locis ſiccis ac ſterilibus; in agellis novalibus oppidi, ad occi-

K 2 dentem

dentem inſra Långberget; inventa d. 29. Jun. et 17. Julii.

Festuca, *Bromoides*, Sp. Pl. 110, intra plantarium braſſicae oppidi, alibique, inter agellos. Invent. d. 19. Jun. et 17. Julii.

— *fluitans*, 95, Svinſvingel, Mannagrås, in foſſis et udis ubique. Lecta florens d. 29. Jun. et 26. Aug. 1791.

Bromus, *ſecalinus*, 96, Rogſvingel, in agris inter Secale paſſim.

— *arvenſis*, 97, Renſvingel, ad margines agrorum et in pratis. Lectus flor. d. 29. Julii.

— *tectorum*, 98, Takſvingel, in tectis et locis aridis, frequens. Florens viſus d. 13. Julii.

Avena, *fatua*, 101, Landhafre, inter ſegetes lecta d. 30. Maji.

— *elatior*, 102, Knylhafre, in prato praedii Tynelſö inventa d. 16. Junii, et ad Näsbyholm d. 15. Julii 1791.

— *pratenſis*, 104, Ånghafre, in pratis, inventa florens d. 16. Julii 1791.

— *pubeſcens*, in varietate β. frequens in Storången, alibique.

Arundo, *Phragmites*, 105, Bladvaſs, ad littora Mâleri, in ſinibus praeſertim et fretis florere viſa, in Septembri.

— *epigeios*, 106, Bergrör, in iugo inſulae Galgholmen, lecta d. 26. Auguſti.

— *Calamagroſtis*, 107, Grenrör, in littoribus inſularum Källarholmarna, et Rullingſkär; florens reperta in Julio 1791.

Lolium, *perenne*, 100, Renrepe, intra hortos, agros et in pratis vulgaris.

Elymus, *caninus*, 112, in prato praed. Epiſc. Sundby; florens inventus d. 8. Julii 1791.

Triti-

Triticum, *repens*, 114. Quickrot, in pratis, agris et hortis vulgatiſſimum. Florere ſolet menſe Julio.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

Scabiosa, *arvenſis*, 117, Åkervadd, in pratis et agrorum marginibus paſſim. Florens invent. d. 17. Aug.

– *ſuccisa*, 119, Ängsvadd, in pratis et campis humidiuſculis frequens. Florens viſa d. 7. Jul. 8. Aug. et 15 Sept. 1791.

Asperula, *odorata*, 121, Myſchegräs, in Querceto promontorii Gorſingholmenſis orientalis. Florere incipit ineunte Junio et ad menſis fere exitum pergit.

– *tinctoria*, 112, Färgmadra, in coryleto prati Olivehållenſis, prope ad xenodochium, et in nemore prati Nyängen; florens inventa d. 12. Junii 1790. et 3. Julii 1791.

Galium, *verum*, 123, J. Mariae Sänghalm, in pratis, hortis etc. vulgatiſſimum. Florens viſum in Junio ad d. 24. usque Octobris.

– *boreale*, 124, in pratis etc. vulgare. Florens viſum in Junio, Julio et Auguſto.

– *paluſtre*, 126, in udis et rivulis frequens. Florere ſolet in Aug. et in multum Octobrem.

– *uliginoſum*, 127, ad ripas lacus et in paſcuis udis frequens. Floret in Jun. Jul. et Aug.

– *Aparine*, 128, Snärjegräs, in hortis inprimis vulgatiſſimum et moleſtum; menſe Jul. maxime florens.

Plantago, *maior*, 129, Groblad, in cultis et ad vias frequens. Florens lecta in Julio, et d. 16. Aug. pleraque defloruiſſe viſa.

PLANTAGO, *media*, 130, Kampar, in pratis et hortis frequens. Per Junium, Julium et Auguſt. floret.

— *lanceolata*, 131, ad vias et agros paſſim, florens cum praecedente.

ALCHEMILLA, *vulgaris*, 141, Daggſkål, in pratis et hortis frequens. Florere primum viſa d. 13. Maji et florens adhuc d. 16. Aug. 1791.

DIGYNIA.

CUSCUTA, *Europaea*, 144. Snarreſva, in hortis et cultis paſſim. Lecta florens initio Auguſti 1791.

TETRAGYNIA.

POTAMOGETON, *natans*, 145, in lacu prope ad ripas, et fretis non infrequens. Viſum florens d. 25. Junii et fere deflor. d. 18. Auguſt. 1791.

— *perfoliatum*, 146, Nate, in lacu ubi minus profunda aqua; florens viſum d. 16. Aug. 1791.

— *compreſſum*, 149, in freto Eldſund lectum d. 29. Julii 1791.

— *gramineum*, 151, eodem, quo praecedens, loco et menſe lectum, 1791.

— *puſillum*, 153, in rivulo ad villam ruſticam Hagby, in Hârad, repertum florens d. 21. Jul. 1791.

SAGINA, *procumbens*, 155, in campis depaſtis paſſim; flore inventa d. 8. Julii et deflor. d. 17. Aug. 1791.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

MYOSOTIS, *ſcorpioides*, 157. Förgât mig ej. in campis exaridis ubivis. Varietas *β*, *paluſtris*, in

in pratis humidis, vt Gorſinge Kongsång, et Stenbyang, cum praecedente, florens deprehenſa eſt, in Majo et Junio.

— *Lappula*, 158, in Husbyång, paroeciae Vanſö, et plateis Strengneſ. florens viſa d. 16. Jul. et 17. Auguſti.

Lithospermum, *officinale*, 159, in inſula Skarpan *) ad boream inſulae Selö, unico in loco, copioſum, inventum adhuc flores gerens, etſi potiſſimum florendi tempus videbatur praeteriiſſe, d. 11. Julii 1791. Semina autem habens matura d. 5. Aug. annis 1783 et 1791.

— *arvenſe*, 160, Horlätta, in agris ſecalinis frequentiſſimum, florens per menſem Maji.

Anchusa, *officinalis*, 161, Oxtunga, in ruderatis frequentiſſima. Florens obſervata a Majo menſe in adultum Octobrem.

Cynoglossum, *officinale*, 162, Munklöſ. rugge, in ruderatis ubique, maxime vero in marginibus viae publicae oppido proximae copioſum, florens per menſem Jun.

Pulmonaria, *officinalis*, 163, in nemoribus pratorum plurium, maxime vero in promontorio Gorſingholmenſi orientali et clivis iugorum prati Regii vicini, omniumque abundantiſſ. in Quereeto et fruticeto tugurii Peterstorp. Florens viſa a medio ad exitum menſis Maji. Folia vero radicalia, a caulinis apprime diverſa, per totam aeſtatem durant.

Symphytum, *officinale*, 165, Vallört, intra hortum priſtini Noſocomii, in ſolo caeſpitoſo ferum; floribus albis lectum ad finem Junii.

 Asperu-

*) Annis, quibus ab Equis non depaſcitur inſula.

Asperugo, *procumbens*, 166, Ormögon, in Sörgårdet ad horreorum parietes, alibique, locis cultis frequens; florens lecta d. 6. Jun.

Lycopsis, *arvenſis*, 167, in cultis et inter ſegetes, florere viſa d. 28. Junii.

Echium, *vulgare*, 168, in agris Storgårdet rarius, ad praedium equeſtre Nåsbyholm, in caeſpitoſis agrorum, paullo uberius; ad margines agrorum pagi Geſtad, in Thoreſund, prope ad viam publicam, copioſum; (qui locus abeſt a Strengneſia 5 circiter quart. partes Milliaris). Florens viſum ab ultimis Junii diebus ad 10 usque Octobris.

Androsace, *ſeptentrionalis*, 170, ad agrorum margines et iuxta viam publ. non procul a templo paroeciae Öfver Selö; invent. florens d. 19 et 25. Maji annis 1787 et 1791.

Primula, *veris*, 171, Oxlägga, in pratis nemoroſis abundantiſſime; circa medium fere Maji maxime florens.

— *farinoſa*, 172, Braxenblomſter, in pratis humidis frequens, et in prato Storängen copia ingenti, exeunte Majo et initio Junii florere ſolita.

Menyanthes, *trifolia*, 173, Munkkål, Klöfver, in freto Eldſund et lacuna paludoſa paſcuorum praedii Åsby, parca copia, in paludibus öfverſelöënſibus uberior. Floret cum Caltha ad finem Maji.

Hottonia, *paluſtris*, 174, in rivo iuxta pontem ad Biſpquarn, in paludibus inſulae Toſter, aliisque frequens. Florens viſa ab exeunte Junio et per Julium menſem.

Lysimachia, *vulgaris*, 175, ad ripas Måleri copioſa, florens amedio Julii, per Auguſtum.

Lysimachia, *thyrſiflora*, 176, in pratis et inter agros, locis humidiuſculis, paſſim; florens viſa d. 17. Jun. et deinceps.

Anagallis, *arvenſis*, 178. in littoribus Måleri glareoſis infra collem alatae molae urbis, et infra Nabbacken, copioſe, per Julium et Auguſtum florens; in arvis etiam fundi Storgårdet, reperta.

Convolvulus, *arvenſis*, 191, Åkervinda, in marginibus agrorum et inter ſegetes, non infrequens, florens viſus 1791, d. 21. Julii ac deinceps.

— *ſepium*, 182, Skogsvinda, in inſula Skarpan (vid. ſ. N. 159.) ſtirpes multae, flos unicus inventus d. 15. Aug. 1791. In inſula vicina Nybbleholm copioſae etiam ſtirpes nondum florentes ad ripam orientalem, eodem die, repertae.

Campanula, *rotundifolia*, 184, Klocka, in pratis et inter agros ubivis frequens; ab initio Julii in adultum auctumnum ſolet florere.

— *perſicifolia*, 187, ad frutices et ſepes per Julium et Aug. floret.

— *latifolia*, 188, in prato orientali praed. Epiſc. Sundby reperta d. 8. Jul. 1790 et 25. Jul. 1791.

— *Trachelium*, 189, in nemoribus pratorum paſſim; viſa florens d. 15. Jul. 1791.

Lonicera, *Xyloſtium*, 144. Try, in fruticetis non infrequens; copioſe in Quercero ad Peterſtorp. (v. ſ. N. 163.) Floret initio Junii.

Verbascum, *Thapſus*, 195, in locis glareoſis et aridis paſſim. Florens viſum d. 11. Junii et 24. Sept. 1791.

— *nigrum*, 197, Kungsljus, intra hortos, agros et ad vias ſparſim, et non rarum; florens viſum a d. 13. Jul. ac deinceps per Auguſtum.

Datura, *Stramonium*, 198, in plateis Strengneſiae abundans; primos explicare ſolet flores initio Aug. et in auctumnum usque florens ac fructificans durare.

Hyoscyamus, *niger*, 196, Bolmört, in ruderatis ad vias et foſſas frequens; per Junium et Julium florere ſolitus.

Solanum, *nigrum*, 200, Trollbår, intra hortos et in cultis frequens; florere viſum a 16. Aug. ac deinceps, in auctumnum.

— *Dulcamara*, 201, Quesgrås, ad ſepes et in ruderatis, glareoſis et udis, per oppidum inque vicinis. Florens viſum in Junio, Julio, Aug. ac deinceps.

Rhamnus, *catharcticus*, 202, Getapel, in paſcuis pratorumque et agrorum incultis et aſpretis. Floret menſe Junio.

— *Frangula*, 203, Brakved, in paſcuis, locis depreſſis et udis, ſparſim. In inſula Lillſtrengnäs florens viſus d. 22. Junii.

Ribes, *rubrum*, 205, Röda vinbärs buſke, inventum fructiferum in ſilva deſerta inſulae Nybbleholm. (v. ſ. ad N. 182.)

— *alpinum*, 206, Måbärsbuſke, in nemoribus et int. frutices admodum frequens, viſum florentiſſimum circa medium menſis Maji.

— *nigrum*, 207, Svarta vinbärs buſke, ferum deprehenſum in littore Måleri ultra Kolſund, ad meridiem inſulae Flåſklöſan.

— *Uva criſpa*, 107, Krusbärsbuſke, in paſcuis praedii Epiſc. Sundby, copioſum, aliisque in collibus et incultis ſparſim. Primo vere florens.

DIGYNIA.

Asclepias, *Vincetoxicum*, 202, Rylrotgrås, in collibus et inſulis glareoſi ſoli, ut Djäkneholmen

holmen et Lillſtrengnås, copioſe. Efflore-ſcere ſolet initiò, vel ſaltem ante medium Junii; ac deinceps per Julium et Auguſtum florere.

HERNIARIA, *glabra*, 213, in campis ſterilibus circumiacentibus non infrequens; ad exitum Maji, per Junium, Julium, et in Aug. quaerenda.

CHENOPODIUM, *Con. Henricus*, 214, Stolt Henrics grås, in coemeterio Urbis, intra hortos, alibique paſſim, in Junio et Julio florens.

– *urbicum*, 215, intra hortos et ad vias non infrequens.

– *album*, 218, Svinmolla, in agris, hortis etc. frequens.

– *viride*, 219, paribus, ac nuper nominatum, locis abundans. Hoc et utrumque praecedens in Jul. et Aug. florent.

– *hybridum*, 220, inter olera in hortis alibique non rarum; florens lectum in medio Auguſti.

– *polyſpermum*, 223, in agrorum auſtralium Noſocomii, florens inventum ad initium Auguſti; alibique rarius viſum.

ULMUS, *campeſtris*, 226, Alm, ad villam Larslunda, in jugis prati Regii Gorſingholmenſis, alibique rarius; florens viſa initio Maji; et circa medium Aprilis 1790.

GENTIANA, *Amarella*, 229, in prato ſilvatico villulae ruſticae Djupvik auſtralis. Florens lecta d. 22. Sept. 1787, alibique, ſed rarius, viſa.

– *campeſtris*, 230, in coemeterio urbis; inter agros praed. Equeſtr. Olivehäll, abundans, alibique non infrequens; florere viſa et d. 28. Junii, et 15. Auguſti.

SANICULA, *Europaea*, 235, in prato praedii Måringe, loco non amplo, ſed numeroſis tamen ſtirpibus; florens reperta d. 9. et 21. Junii 1791.

TORDY-

TORDYLIUM, *Anthriſcus*, 236, in inſula Skarpan (v. ſ. N. 159), florens inventum d. 11. Julii 1791.

Etiam in angulo boreali prati Tynåſenſis, d. 29 Julii eiusdem anni.

CONIUM, *maculatum*, 238, inter ſegetes agrorum praedii Epiſc. Sendby, villarumque Larslunda, Breſshammar, Gorſinge, Malmby, Biſpquarn etc. Florens viſum eſt d. 8. Jul. 1791.

SELINUM, *paluſtre*, 239, Finſk Ingefära, in pratis paludoſis, ut ad tugurium Knäppinge, frequens, et in paludibus ultra Långberget. Florere viſum d. 21. Julii et 8. Auguſti.

ATHAMANTHA, *Libanotis*, 240, in inſula Gårholmen, prope ad Gorſingeholm, alibique in collibus pratorum, paſſim; florere viſa d. 17. Julii 1791

LASERPITIUM, *latifolium*, 242, inter virgulta prati Sundbyång, copioſum; et menſe Junio florens.

HERACLEUM, *Sphondylium*, 243, in collibus agrorum Storgårdet, alibique paſſim, florens in Junio.

— *anguſtifolium*, Syſt. Veg. p. 233. in pratis Sundbyång; et Husbyång, paroeciae Vanſö; florens inventum d. 8. et 16. Julii.

ANGELICA, *ſilveſtris*, 246, Björnloka, in nemore prati Nyången; locisque ſimilibus rarior; menſe Junio ac Julio florens.

SIUM, *latifolium*, 247, in freto Eldſund aliisque aquis limoſis copioſe creſcens; viſum eſt menſe Julio florere.

PHELLANDRIUM, *aquaticum*, 252, Stråkra, in freto Eldſund, plurimum, alibique paſſim, non infrequens; ad finem Junii et in Julio viſum eſt florere.

CICUTA,

CICUTA, *viroſa*, 253, Språngört, in freto Eldſund, menſe Julio et initio Aug. florens inventa eſt.

AETHUSA, *Cynapium*, 254, Vild Perſilja, in hortis et plantariis frequens vitium, per totam aeſtatem, in multum auctumnum florens.

CHAEROPHYLLUM, *ſilveſtre*, 257. Hundloka, in locis cultis, ad ſepes et parietes ubique; ad finem menſis Maji florere incipere ſolet.

PASTINACA, *ſativa*, 259, Palſternacka, in prato inſulae Segerö, fera et florens inventa d. 22. Julii 1791.

CARUM, *carvi*, 260, Kummin, in prato praedii Epiſc. Sundby frequens, aliisque in caeſpitoſis non infrequens; in pratis et inter agros paroeciae Öfverſelö admodum copioſum.

PIMPINELLA, *Saxifraga*, 261, in paſcuis, ad agrorum margines etc. frequens. Florere viſa eſt copioſe in Junio, perque Julium et Aug. pergere.

AEGOPODIUM, *Podagraria*, 263, Squallerkål, in hortis oleraceis paſſim; menſe Junio florens.

TRIGYNIA.

VIBURNUM, *Opulus*, 264, Ulſbärſtrå; in paſcuis et pratis nemoroſis paſſim. Florere ſolet a medio Junio in Julium ineuntem.

SAMBUCUS, *nigra*, 265, Flåder, intra hortos et ſepta fera creſcens, in Julio, ac deinceps, in ultimum auctumnum, floret.

— *Ebulus*, 266, Sommarhyll, Vildflåder, in platea prope ad villam Archipraepoſiti, efflureſcens in medio Aug.

ALSINE, *media*, 267, Narfgrås, in hortis oleraceis ubique, multitudine peſtilenti, infeſtum. Floret a primo veris exordio in ultimum auctumnum.

TETRA-

TETRAGYNIA.

PARNASSIA, *paluſtris*, 268, in udis pratorum fere ubivis frequens. Floret poſt medium Junii et in Julio.

PENTAGYNIA.

STATICE, *Armeria*, 269, ad margines agrorum et ſegetum in Storgårdet, non procul a lacu. Ineunte menſe Jun. florere ſolet incipere.

LINUM, *catharticum*, 217, in paſcuis circumjacentibus paſſim obvium; florens inventum d. 14. Junii, per Julium, et in provectum Auguſtum.

DROSERA, *rotundifolia*, 273, in palude ſupra Långberget copioſe florens Auguſti initio, alibique in uliginoſis, paſſim.

POLYGYNIA.

MYOSURUS, *minimus*, 276, intra hortos et ad marginem viae publicae juxta ſepem agrorum Lillgårdet. Florens inventus d. 20 et 28 Maji 1789.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

ALLIUM, *oleraceum*, 280, Ånglök, in pratis paſſim. In inſula Praeſtholmen ad Öfverſelö d. 10. Julii 1790, et florens et fructificans viſum.

LILIUM, *bulbiferum*, Fauna Sv. p. 557, Sp. Pl. 433, in pratis Öfverſelöënſibus, praedii equeſtris Tynelsö, iuxta viam inter Landthällen et templum, et in Våla ång; inventum florens d. 5. et 10. Julii.

ORNITHOGALUM, *luteum*, 285, in hortis cultis et paſcuis copioſe; veris initio florens.

ORNITHO-

Ornithogalum, *minimum*, 286, iisdem fere, quibus praecedens, locis, non infrequens, eodem paene tempore, floret.

Convallaria, *Majalis*, 291, Lilljeconvallje, in edito nemore prati Regii Gorfingholmenſis, non admodum parce; in prato tugurii Eklund parcius; in inſula Vaxångenſi minima, uberius; per totam inſulam Skarpan, (v. ſ. ad N. 159), copia effuſiſſima. Florens inventa ad exitum Maji et in priori Junii parte.

– *Polygonatum*, 294, Vänört, ad praecipitia montis Dalſänsberget, paſſim; in inſula Vaxångenſi minima, uberius, in prato praedii Märinge copioſe, alibique non infrequens. Lecta eſt florens d. 12, 20. ac 28. Maji, et ante medium Junii.

– *multiflora*, 295, in eadem, qua proxime praecedens inſula rarior, eodemque, quo illa, tempore florens.

– *bifolia*, 296, in pratis et paſcuis non infrequens. Florere viſa eſt per menſem Junium omnem.

Acorus, *Calamus*, 297, Kalmus, ad littus orientale inſulae Kurö per ſpatium ulnarum quadratarum circiter 50, conſertiſſimus et inexhauſta copia; ante floreſcentiam, d. 5. Jul. 1791, repertus. Diſtat a Strengneſia locus duo circiter cum ſemiſſe milliaria. Etiam ad urbem Mariaefred, non procul ab ipſa arce copioſe.

Juncus, *conglomeratus*, 298, Knapptog, inter agros Vaxångenſes, et in prato paludoſo inter Lunda et Kilen, repertus d. 17 et 28. Julii.

– *effuſus*, 299, Veketog, in paludoſis paſſim; in pratulo agellis Dalſängenſibus interjecto abundans repertus d. 10. Auguſti 1791.

Juncus,

Juncus, *filiformis*, 300, Trådtåg, in paludoſis ſilvae Lundenſis, d. 19. Julii, et in extremitate peninſulae Kaſkaren, initio Auguſti, lectus.

— *bulboſus*, 304, Stubbtog, in coemeterio Strengneſenſi et in prato praedii Tynelſö, ad orientem, alibique, in medio Julii et ad medium Auguſti, inventus.

— *bufonius*, 305, in palude ſupra Långberget alibique paſſim; florens in Julio deprehenſus.

— *piloſus*, 308, Iltog, in ſilvis ac nemoribus paſſim; florens viſus d. 23. Aprilis et in Junium usque.

— *campeſtris*, 309, Knipletog, in pratis et paſcuis, exeunte Majo atque in Junio et Julio, viſus.

Berberis, *vulgaris*. 311, Berberisbuſke, in paſcuis praedii Epiſc. Sundby copioſiſſime, alibique in vicinia paſſim. Florens viſa d. 16. Junii, 1791.

Peplis, *Portula*, 312, in Nabbviken, ac ſimilibus aqua hiemali ſubmerſis locis, frequens; florens lecta d. 5. Auguſti 1791.

TRIGYNIA.

Rumex, *criſpus*, 314, in Tynåsång florens lectus d. 16. Julii 1791.

— *aquaticus*, 315, Vattn-ſyra, ad ripas vicinas Mäleri pleraſque frequens; florere ſolitus per menſem Aug.

— *acutus*, 316, Haſtſyra, in alneto praedii equeſtris Olivehåll, ad exitum Julii florens lectus 1790.

— *acetoſa*, 318, Ångſyra, in pratis, nemoribus, paſcuis et inter agros frequens; floret menſe Junio.

Rumex,

Rumex, *acetoſella*, 319, Bergſyra, in collibus et montibus caeſpite obductis non infrequens. Floret in Jun. et Jul.

Triglochin, *paluſtre*, 321. Kårrſålting, in prato Lötlindan, ad fretum Eldſund; alibique in paſcuis udis paſſim. Florens lectum d. 28 Junii 1791.

– *maritimum*, 322, Hafsſålting, in udis prati Storängen, aliisque locis ſimilibus; florens lectum d. 3 Julii 1791.

POLYGYNIA.

Alisma, *Plantago*, 323, ad ripas aquarum paſſim. Flores non paucos retinens, inventa eſt copioſe in ſaltu Lunda bråten, d. 21 Jul. 1791.

HEPTANDRIA.

MONOGYNIA.

Trientalis, *europaea*, 326, in quercetis et nemoroſis, ut promontorio Gorſingenſi orientali, et nemore prati Eklundenſis, ubi copioſiſſima; florens lecta d. 4 et 15 Junii.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

Epilobium, *anguſtifolium*, 327, Ralfrumpa, in nemoribus et ſaxoſis non infrequens. Floret ad finem Junii et in Julio.

– *montanum*, 329, in clivis montium et collibus paſſim. Floret ad exitum Junii et per omnem Julium.

– *paluſtre*, 330, ad foſſas et rivulos paſſim; florens menſe Julio.

Vaccinium, *uliginoſum*, 332, Odonris, in turfis paludum, praeſertim ſylvae Strengneſenſis, uberrimum.

Vaccinium, *Myrtillus*, 333, Blåbärsris, in Vargholmen, Sörgårdet, ſaltu Vaxångenſi aliisque locis, copioſum. Florens viſum d. 21 Maji et initio Junii 1791.

— *Vitis Idaea*, 334, Lingonris, in ſaltu Thun et turſis paludum ſilvae Strengneſenſis abundans. Floret in menſe Junio maxime.

— *Oxycoccus*, 335, Tranbärsris, in paludibus ſilvaticis oppidi frequens. Florere viſum d. 27 Julii 1790.

Erica, *vulgaris*, 336, Ljüng, per ſilvam Strengueſenſem, ubi durius eſt ſolum, copioſa. Floret ab aeſtate in ultimum auctumnum.

Daphne, *Mezereum*, 338, Tibaſtbuſke, in Populeto Limſlätsnäs in Barfva, iuxta lacum Ökna ſjön, paucae et puſillae ſtripes; ad Kalckulla, ejusdem paroeciae, in paſcuis juxta lacum Naſen major eſt et copioſa. Floret primo vere, nive nondum omni ſoluta. Eſt ille locus unum cumdimidio, hic duo propemodum milliaria a Strengneſia remotus.

TRIGYNIA.

Polygonum, *aviculare*, 339, Trampgräs, in areis, plateis, hortis etc. vulgaris. Florens viſum initio Auguſti.

— *viviparum*, 340, in pratis frequens. Floret in Junio ac deinceps.

— *Amphibium*, 341, Pilört, in foſſis et in Måleri aquis ad littora. Florens viſum d. 14 Julii et florentiſſimum in lacu d. 18 Aug.

— *perſicaria*, 342. in ruderatis et ſolo fertili paſſim. Viſum eſt florere in Jul. et Auguſto.

— *Hydropiper*, 343, Jungfru Tvål, in ſcrobiculis et aquoſis ubivis frequens. Florens viſum d. 7 Aug. 1790.

Poly-

POLYGONUM, *Convolvulus*, 344, Binda, in agris et hortis non infrequens; viſum florens d. 22 Julii et 8 Auguſti.

TETRAGYNIA.

PARIS, *quadrifolia*, 346, Trollbårsgrås, in nemoribus pratorum, qualia ad Tynås, Stenby et Måringe, frequens. Florens in exitu Maji, in prima Junii parte florentiſſima inventa.

ADOXA, *moſchatellina*, 347, in nemoribus, ut promontorii Gorſingholmenſis orientalis, non infrequens. Florens viſa eſt d. 7 Maji, 1791.

ELATINE, *Hydropiper*, 348, in Nabbviken, ante floreſcentiam inventa d. 5 Auguſti 1791.

ENNEANDRIA.

HEXAGYNIA.

BUTOMUS, *umbellatus*, 350, in aquis lacus, fretorum etc. ad ripas paſſim; viſus florens per Julium, Auguſtum et in Septembri.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

MONOTROPA, *Hypopithys*, 351, Lungört, in ſaltu Strengneſenſi, et ipſa platea limitari, quae hunc a ſaltu praedii Olivehäll dirimit; florens inventa d. 9 Auguſti 1791.

LEDUM, *paluſtre*, 352, Squåkra, Squattram. in turſis paludum circumjacentium omnium copia uberrima. Florens viſum eſt exeunte Junio, per Julium et in Aug.

ANDROMEDA, *polifolia*, 353, in paludibus ſilvarum, paroeciae Lånna; florens lecta exeunte Majo et in Junio.

Arbutus, *Urſi*, 358, Mjölonris, in aſpretis et editis ſilvae Strengneſenſis copioſa; florens poſt Maji medium inventa.

Pyrola, *rotundifolia*, 360, in ſilvis vicinis non infrequens; in nemore prati Eklundenſis uberrima deprehenſa; florere ſolita Julii parte.

— *minor*, 361, in ſaltu Thun rarior, ad littora promontorii Gorſingholmenſis orientalis uberior; florens ad finem Junii et ineunte Julio menſe.

— *ſecunda*, 362, in ſilvis vicinis frequens. Floret circa finem Junii.

— *umbellata*, 363, Rylgräs, in ſylva Thun, non procul a lacu, rarior; in ſaltu praedii equeſtris Målsåker, frequentior. Florens reperta eſt d. 17 Auguſti 1791.

— *uniflora*, 364, in ſilvis inſulae Toſter, in ſilva Thun aliisque vicinis copioſa; florens ad exitum Junii et initio Julii.

DIGYNIA.

Chrysosplenium, *alternifolium*, 365, in alneto infra agros praedii Epiſc. Sundby, ad rivulum ſcaturiginis juxta lacum, multum florens inventum d. 11 Maji 1785, d. 24 Maji 1787, d. 17 April 1791; et ad ſcaturiginem in paſcuis praedioli Biſpquarn copioſiſſime florens d. 27 April 1791.

Saxifraga, *granulata*, 372, Stenbräcka, in clivis paſcuorum et inſularum in vicinia, copioſiſſima; florens provecto nonnihil Majo, et medium fere Junii.

Scleranthus, *annuus*, 377, Tandgräs, in marginibus agrorum Sörgårdet alibique paſſim; florere ſolens provecto Junio et initio Julii. In agris praedii equ. Olivehäll inventa copio-

copioſior, floribus nondum omnibus amiſſis, d. 9 Auguſti 1791.

Saponaria, *officinalis*, Sp. Pl. 584, ſuper petra inter ceraſorum et roſae gallicae virgulta, in horto quodam culinari oppidi fera quotannis creſcit, olim forte ſata vel e ſeminibus temere lapſis enata. Florere ſolet a fine Julii ac deinceps, usque in auctumnum.

Dianthus, *deltoides*, 382, Ångneglica, in paſcuis et pratis aridioribus etc. non infrequens; florere viſus exeunte Julio et ad inclinatum Septembrem.

TRIGYNIA.

Silene, *nutans*, 388, in clivis paſcuorum et ad radices montium paſſim, florens ab ultimis Junii diebus in provectum Auguſtum.

Stellaria, *graminea*, 393, varietatibus, α, β et γ, locis naturae ſuae convenientibus in vicinia vulgaris; in Junio, Julio et Auguſto florens.

Arenaria, *trinervia*, 397, in umbroſis, ut promontorio Gorſingenſi orientali, inſula Segerö, et prato praedii Måringe, viſa florens d. 29 Maji, et per Junium.

— *ſerpyllifolia*, 398, in coemeterio urbis, in promontorio Gorſingenſi ad orientem, et in inſula Selö juxta agros, d. 29 Maji, in fine Junii et 9 Julii viſa.

— *rubra*, 399, in inſula Selö ad margines viae publicae inter Landhällen ac templum florens inventa circa initium Auguſti.

PENTAGYNIA.

Sedum, *Telephium*, 400, Taklök, in tectis, rupibus, et clivis glareoſis inſularum et con-

 tinen-

tinentis, circa urbem frequens; progreſſo nonnihil Auguſto, ac deinceps florens.

— *album*, 402, in Sundkarls-hagen, prope ad lacum, et in inſula Morrarö copioſum; florens lectum d. 19 Julii 1791.

— *acre*, 403, Skjörbjugsgräs, in tectis, montibus, clivis et arvis vulgatiſſimum. Floret adulto Jun. et in Jul.

— *ſexangulare*, 404, praecedenti paſſim immiſtum, ſed rarius; inventum in Vargholmen florentiſſimum d. 29 Julii 1791.

— *annuum*, 405, in petris et aridis paſſim; florere ſolens in Junnio.

Oxalis, *acetoſella*, 406, Gökſyra, in juniperetis, juxta frutices et circa turfas vulgaris. Florens inventa eſt d. 30 Aprilis et per Majum 1791.

Agrostemma, *Githago*, 407, Klätt, Klint, in agris inter ſecale frequens; in Julio et Auguſto florens.

Lychnis, *Flos Cuculi*, 408, in pratis humidiuſculis paſſim; florens inventa d. 20 Junii, in pratulis ad fretum Eldſund; et in prato Sundbyenſi, d. 27 Aug. 1791.

— *viſcaria*, 409, Tjärblomſter, in pratis et campis frequens; florere viſa ab ineunte Junio, in medio ejus florentiſſima, et per ſequentes menſes nonnulla.

— *dioica*, 411, in coemeterio et pratis etc. paſſim; florens menſe Junio et Julio; flore purpureo, d. 11 Jul. 1785, in Morrarö lecta.

Cerastium, *aquaticum*, 413, in humiliore inſula Galgholmen, florens lectum d. 17 Junii 1790, et in lingula Storudden, ad orientem tugurio, margini aquarum innatum, et flores vegetos et capſulas ſemine turgidas gerens inventum d. 25 Sept. 1790.

Ceras-

Cerastium, *viſcoſum*, 414, in paſcuis et maceriis paſſim; florens viſum ab exitu Maji, per Junium et Julium.

— *vulgatum*, 415, in campis, paſcuis, et intra hortos non infrequens; menſe Junio florens viſum.

— *ſemidecandrum*, 416, florens lectum in lingula Kläckſten d. 25 April. et in clivo promontorii Gorſingholmenſis occidentalis, d. 7 Maji, 1791.

Spergula, *arvenſis*, 419, Fryle, inter agros et ſegetes frequens; florens viſa d. 30 Junii 1790, et flores adhuc gerens d. 10 Oct. 1789.

— *nodoſa*, 420, in paludibus ſilvae urbicae exſiccatis earumque marginibus, inque boreali montis Långberget clivo, ſuper novalia; udis locis copioſa; menſibus Jul. et Auguſto florens.

DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

Lythrum, *Salicaria*, 422, ad ripas Måleri alibique copioſiſſimum, per menſes Julium et Auguſtum florens.

DIGYNIA.

Agrimonia, *Eupatoria*, 423, Åkermônja, in pratis, paſcuis et inter agros non infrequens; inclinato Junio perque Julium et Auguſtum florere animadverſa.

TRIGYNIA.

Euphorbia, *helioſcopia*, 425, Reforms-grås, in hortis, plateis et ad ſepes abundans; floreſcentia in Auguſto obſervata.

— *Peplus*, 426, Räfmjölk; locis, quibus praecedens, copioſiſſime Julio et Auguſto menſibus floret.

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

Prunus, *Padus*, 431, Hagg, in paſcuorum et pratorum editis ac nemoribus paſſim; a medio ad exitum Maji florere ſolita.

— *ſpinoſa*, 432, Stårkbärsbuſke, in paſcuis, pratis et in collibus intra ſepta agrorum plurima; florens plerumque ad exitum Maji.

DIGYNIA.

Crataegus, *Aria*, 433, Oxel, in nemoribus rarius, ut ad littus Mäleri auſtrale, infra villulam Djupvik, et ad boreale non procul a praedio ruſtico Sanda, reperta; puſilla tamen et male tractata; nec extra hortos, praeterquam in coemeterio, per violentas hominum manus, ad juſtam proceritatem et magnitudinem provehi potuiſſe, uſpiam a me in hac vicinia viſa. Florebat circa ſolſtitium 1790 et 1791.

— *Oxyacantha*, 434, Hagtron, in pratorum collibus, in paſcuis et inter frutices non infrequens. Floret circa medium Junii.

Sorbus, *aucuparia*, 435, Runn, in pratis et inſulis vicinis non infrequens. Florere animadverſa d. 9 et 14 Iunii 1791.

PENTAGYNIA.

Pyrus, *communis*, 436, Villpäronträ, inter frutices prati villae paſtoralis, Ekhagen in Aſpö, pluribus inventa ſtirpibus; forſan e ſeminibus fructuum hortenſium temere jactis enata.

— *malus*, 437, Skogsapal, in pratis vicinis varietate diverſa frequens. Floret haec et praecedens tempore, quo hortenſes.

Mes-

MESPILUS, *Contoneaſter*, 438, Oxbårsbuſke, in Vargholmen et pratorum collibus non infrequens; viſa florens d. 7 ac 29 Maji; d. 29 autem Jun. et fructus et flores ferens.

SPIRAEA, *Filipendula*, 439, Somilla, in pratis ſiccioribus vulgaris; florens conſpecta d. 25 Junii, per Julium et in medio Auguſti.

— *ulmaria*, 440, Elggrås, in pratis humidis vulgatiſſima, menſe Julio florens.

POLYGYNIA.

ROSA, *canina*, 441, Tornbuſke, in pratis, paſcuis et aſperatis frequens. Floret exeunte Junio et Julio.

— *ſpinoſiſſima*, 442, Smórnjuponbuſke, in pratis et paſcuis, rarior, cum praecedente florens.

RUBUS, *caeſius*, 445, Blåhallonbuſke, in collibus pratorum nonnullis, et in littoribus inſularum, Lillſtrengnäs aliarumque copioſus; in fine Junii et in Julio florens.

— *Idaeus*, 446, Hallonbuſke, in maceriis, aſpretis et ſaxoſis collibus frequens; circa medium Junii flores explicare animadverſus.

— *ſaxatilis*, 447, Jungfrubärs refva, in pratis, ſolo glareoſo et ad lapides non infrequens; florere viſus d. 12 Junii 1790 et d. 9 ejusdem 1791.

— *Chamaemorus*, 449, Hjortronris, in paludibus ſilvae Strengneſenſis rarus, in paroecia Barvá copioſior; florens ad exitum Maji et initio Junii *).

FRAGARIA, *veſca*, 450, Smultronört, in ſolo locisque, qualibus frui ſolet, copioſiſſima; in confinio Maji et Junii maxime florens.

L 5 POTEN-

*) Rubus, *fruticoſus*, Svarthallonbuſke, in inſulis Måleri, occidentem verſus exiſtere dicitur, a me tamen nondum inventus.

POTENTILLA, *anſerina*. 452, in paſcuis et ad ſemites etc. frequens. Florere viſa ab exitu Maji, per Junium et in Auguſto.

— *argentea*, 454, Femfingers-ört, locis ſiccis et ſterilibus non infrequens; florere obſervata a medio Junii in provectum Auguſtum.

— *verna*, 455, in ſiccis et apricis, ut clivis prati Gorſingholmenſis, ſoli meridionali adverſis, copioſa; per menſem Majum potiſſime florens.

— *reptans*, 456, in pratis agrorumque marginibus paſſim; florens conſpecta d. 4 ac 29 Julii et d. 17 Aug.

TORMENTILLA, *erecta*, 459, Blodrot, in campis ſterilioribus vulgatiſſima; florere viſa ab exitu Maji in adultum Septembrem.

GEUM, *urbanum*, 460, in caeſpitibus hortorum, collibus et fruticetis pratorum paſſim, d. 2 et 29 Junii florens conſpectum.

— *rivale*, 461, Fårpungar, in pratis campisque uliginoſis frequens; ante et poſt Junium florens, illo autem ineunte florentiſſimum.

COMARUM, *paluſtre*, 463, Mjölkeungar, in pratis humidioribus paſſim; florens inventum initio Julii.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

ACTAEA, *ſpicata*, 464, Trollbärsört, inter frutices et ad ſaxa paſſim, ab exitu Maji ad 30 Auguſti florens deprehenſa.

CHELIDONIUM, *majus*, 465, *Svalört*, intra hortos, in ruderatis et ad ſepes non infrequens; florere obſervatum ad finem Maji, per Junium, Julium et provect. Aug.

PAPA-

Papaver, *dubium*, 467, inter ſegetes paſſim, florere viſum poſt medium Junii, per Julium et d. 24 Auguſti 1791.

– *Rhoeas*, 468, inter ſegetes rarius, viſum florere d. 12 Aug. 1791.

Nymphaea, *lutea*, 469. Nåckblad, in fretis Eldſund, et ad Tynelsö djurgård in primis copioſa; ad finem Junii et adoleſcente Julio florens.

– *alba*, 470, praecedenti immiſta rarior, eodem tempore florens.

Tilia, *europaea*, 471, Lind, in nemoribus et inſulis, ut collibus et jugis Gorſingholmenſibus, paſſim; in Vaxångsſkär et Kállarholmen creberrima, inventa florens d. 29 Jun. 1789.

Cistus, *Helianthemum*, 472, in aridis editisque pratorum, a medio Junii in provectum Septembrem florens.

TRIGYNIA.

Delphinium, *Conſolida*, 475, Riddarſporre, in tectis et inter ſegetes frequens; florere viſum, a menſe Jul. in exeuntem Septembrem.

PENTAGYNIA.

Aquilegia, *vulgaris*, 478. Åkerleja in ruderatis hortorum et coemeterio, per Julium et in Auguſtum ineuntem florere viſa.

HEXAGYNIA.

Stratiotes, *aliodes*, 479, in freto Eldſund ſub aquis frequens; florere deprehenſus d. 21 Julii 1783.

POLYGYNIA.

Anemone, *hepatica*, 480, Blåſippa, in pratorum et paſcuorum fruticetis abundans; florere obſervata pro diverſitate annorum, ab ultimis Martii

Martii diebus in Majum adultum; initio tamen Maji plerumque florentiſſima.

— *Pulſatilla*, 481. Backſippa, in clivo agrorum Sörgärdet et inſula Vargholmen non copioſa; viſa florens a poſtremis Aprilis diebus ad Maji propemodum finem.

— *nemoroſa*, 485, Hvitſippa, locis, qualia ſolet amare, frequens; in nemore promontorii Gorſingholmenſis alibique luxurians; per menſem Majum inprimis, et in adultum Junium florens.

— *ranunculoides*, 486, Gulſippa, in nemoribus prati Storängen, promontorii Gorſingholmenſis orientalis, editis ac nemoroſis pratorum ac paſcuorum in Toſter alibique in tractibus urbi vicinis uberrima; viſa ante medium Maji ad exitum eius florere.

Thalictrum, *flavum*, 488, in pratis humidiuſculis crebrum, a medio Junii ad exitum ejus florere animadverſum.

— *minus*, 489, in prato Näsbyholmenſi ad pratum Strengneſenſe proximo, florens inventum d. 21 Jul. 1791. In pratis etiam Husbyenſibus paroeciae Vanſö abundanter creſcens legebatur in Julio 1784; ibidem vero nullum ejus veſtigium proximis adhinc annis repertum.

Ranunculus, *Lingua*, 493, in oſtio freti Eldſund florens lectus d. 29 Julii 1791, et in oſtio rivi inter Gorſingeholm et Båtudden d. 12 Sept. 1789.

— *Flammula*, 494, Åltgräs, in paludoſis, lacunis et ſcrobiculis vulgaris; florens ab exitu Maji per totam aeſtatem; deprehenſus etiam d. 25 Septembris.

— *reptans*, 495, in ripis Mäleri lacus abundans; a medio Junii in Sept. ineuntem viſus florere.

Ranun-

RANUNCULUS, *Ficaria*. 496, in caeſpitoſis hortorum et nemoribus frequens, ad finem Aprilis efflorescere, et Majo medio florentiſſimus eſſe ſolitus.

— *auricomus*, 498, in pratis humidis nemoribusque editis frequens, a d. 7 Maji per totum deinceps menſem florens conſpectus.

— *ſceleratus*, 499. in rivulo fontis alneri ad Aludden (v. ſ. ad N. 365), et ad ſcaturigines aquarumque lacunas alias paſſim; florere ſolens in Junio.

— *bulboſus*, 504, in paſcuis Sundbyenſibus alibique in aridis frequens; in confinio Maji et Junii florentiſſimus.

— *repens*, 505, in hortis oleraceis et agris paſſim; florens inventus exitu Maji in ultimum Octobrem.

— *Polyanthemos*, 506, in pratis fertilioribus, ut ad Stenby, Måringe et in Lötlindan, parca copia; in Junio circa medium menſis ac deinceps florentiſſimus; etiam ad medium usque Auguſti flores retinens.

— *acris*, 507. Smörblomſter, in pratis et paſcuis plurimis; ab initio Junii ad Auguſti medium viſus florere.

— *aquatilis*, 509, in lacu ad ripas inque foſſis et aquis quibusvis ſtagnantibus frequens. Florere viſus eſt in fine Maji, et ad medium Auguſti.

TROLLIUS, *europaeus*, 510, Smörbollar, in prato tugurii Eklund rarior; in Junio ante menſis medium florens.

CALTHA, *paluſtris*, 511, Kalf-lekan, in pratis humidis abundans; initio Maji effloreſcens ad finem menſis florentiſſima eſſe ſolet; etiam d. 30 Auguſti ſuperſtes inventa.

DIDY-

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

Ajuga, *pyramidalis*, 512, Kåringkruka, in pratorum aridis ac nemoroſis non infrequens; ad finem Maji florere et in Junio florentiſſima eſſe conſpecta.

Nepeta, *cataria*, 514, Kattmyntha, in plateis Strengneſenſibus crebra, per Julium et Auguſtum florens obſervata.

Mentha, *arvenſis*, 516, Myntha, in cultis, et ad littora frequens, in Julio et Auguſto florens.

— *aquatica*, 517, in ſtagnis aquarum defluentium per clivum montis Långberger inventa d. 30 Aug. 1787.

Glechoma, *hederacea*, 518, Jordrefva, inter frutices et ad ſegetes lapidesque ſaepius obvia; florens viſa initio Maji, et ad finem ejus florentiſſima.

Lamium, *album*, 520, Blindnäſſla; in hortis et ruderatis frequens.

— *purpureum*, 521, ut praecedens, ubicunque obvium. Floret utrumque a primo veris exordio in auctumnum ultimum.

— *amplexicaule*, 522, vix minus ac praecedentes ſpecies vulgare; florere viſum d. 12 Maji, per menſes ſequentes, usque in Octobrem.

Galeopsis, *Tetrahit*, 523, Blindnäſſla, Sugblomſter, in cultis utraque varietas frequens; florens obſervata d. 17 Julii ac deinceps, in auctumnum.

— *Ladanum*, 524, in arvis ac ſabuloſis paſſim, per Julium et Auguſtum florens.

Stachys *ſilvatica*, 526, in nemoribus, praeſertimque in alneto ad Olivehåll et in prato Tynä-

Tynåſenſi copioſa; florens animadverſa d. 7 et 16 Julii.

– *paluſtris*, in agris et cultis humidiuſculis; florens in Julio et Auguſto obſervata.

Marrubium, *vulgare*, 531, Andron, in plateis, ad ſepes et vias copioſum. Floret per Julium et Auguſtum.

Leonurus, *Cardiaca*, 532, Bonåsſla, in hortis et coemeterio, alibique extra murum. Florens per menſes Junium, Julium etc. usque in exeuntem Octobrem conſpectus.

Clinopodium, *vulgare*, 533, Bergmyntha, in pratorum collibus et aridis paſſim; florens viſum ad exitum Julii et ineunte Auguſto.

Origanum, *vulgare*, 534, Doſta, Koning, in inſulis vicinis, ut Galgholmen, Kållarholmen, Rullingen etc. a medio Julii et per Auguſtum viſum florere.

Thymus, *Serpyllum*, 535, Backtimian, in editis inſulisque vicinis etc. abundans. Floret ab exeunte Junio, per Julium et ad ingreſſum Auguſtum.

– *Acinos*, 536, Harmyntha, ſuper petris in et extra coemeterium alibique in glareoſis paſſim. Medio Junio 1791 florentiſſimus viſus et in multum Auguſtum durare animadverſus eſt.

Scutellaria, *galericulata*, 538, ad ripas Måleri, ſolo lapilloſo, paſſim; florens animadverſa a medio Junii in Auguſtum adultum.

Prunella, *vulgaris*, 540, in paſcuis ſterilibus frequens. Florere viſa eſt ab exitu Junii per Julium et Auguſtum.

ANGIOSPERMIA.

Rhinanthus, *Criſta*, 542, Skallergrås, in pratis frequens; florere viſus d. 16 Junii, per Jul. et in Aug.

Euphra-

Euphrasia, *officinalis*, 543, Ögontröſt in paſcuis, ſilvis et littora frequens, ab initio vel medio Junii, per aeſtatem deinceps omnem florere viſa.

— *Odontites*, 544, in prato villae ruſticae Lagnö, ſupra littus lacus Guldringen, copioſa, in arvis praedii Vaxäng, et in herbidis plantarii oleracei ad praedium paſtorale in Öfverſelö nonnulla; florens animadverſa d. 1 Sept. 1789 et 10 Aug. 1791.

Melampyrum, *criſtatum*, 545, in pratis aſperis, collibus ac nemoribus, ut prati Nyången pluriumque; florere viſum a medio Junii ad medium Auguſti.

— *nemoroſum*, 547, Natt och Dag, in nemoribus pratorum, praeſertim praedii Epiſc. Sundby, abunde luxurians; per Junium florens et ineunte Julio florentiſſimum viſum.

— *pratenſe*, 548, Kohvete, in pratis vicinis frequens, florere viſum per Junium maxime menſem.

— *ſilvaticum*, 549, in ſilvis vicinis ac nemoribus, ut prati Nyången aliisque frequens; florens obſervatum a medio ad finem Junii.

Pedicularis, *paluſtris*, 551, Lievarg, in pratis humidis abundans, et florere ſolita a fine Maji per Junium.

Antirrhinum, *Linaria*, 557, in tectis, maceriis et ad agrorum margines frequens; a medio Julii coeptum florere, circa medium florentiſſimum.

Scrophularia, *nodoſa*, 560, Flenört, in plateis et incultis oppidi frequens per Junium, Julium et Auguſtum florens.

Lin-

Linnaea, *borealis*, 562, Linnaei ört, in ſaltu Thun rarior. in tractu exiguo ſaltus Måringenſis copioſa; in ſilvis paroeciae Lånna prope ad villulam Vinterled uberior; in ſaltu praedii equeſtris M lsåker abundans et in ſaltu Kumla hammar, paroeciae Hårad, ubertate inexhauſta.

TETRADYNAMIA.

SILICULOSA.

Myagrum, *ſativum*, 564, Dodra, in agris inter linum frequens; florere viſum d. 19. Junii 1785, et d. 14 ejusdem 1791.

Subularia, *aquatica*, 566. in littoribus lacus Mäleri, ut ad Nabbviken, oſtium freti Eldſund, in iſthmo peninſulae ad Storudden copioſa; florens viſa in Julio, Auguſto et Septembri.

Draba, *verna*, 567, in coemeterio alibique in aridis et petris uberrima, florens inventa d. 16. Aprilis, 1781, d. 1 et 5 Maji 1790, d. 7 Maji 1791; nec non d. 29 Sept. floreſcentiam repetens 1790.

— *incana*, 568, in collibus prati Tynelſöenſis Djurgården inter quercus copioſe; florens inventa d. 31 Maji 1787, deflorata vero ibidem, d. 16 Junii 1791.

— *muralis*. 569. in utriusque promontorii Gorſingholmenſis clivo orientali frequens d. 7, 14 et 15 Maji 1790 et 1791 inventa; ad finem vero menſis plane evanuerat.

Lepidium, *latifolium*, 571, Bitterſalſo, in horto villae urbanae, quae paſtoralis olim fuit, ferum in caeſpitoſis perennat, et florens inventum eſt d. 27 Julii 1791.

— *ruderale*, 572, inter coemeterium et aedes Epiſcopales rariſſimum, infra Nabbacken, ad mace-

maceriem ſepium, paulo auctius; ad viam regiam, juxta ſepes, quae agros priſtini Noſocomii cingunt, copioſius; florens inventum d. 3 Auguſti; d. 15 vero fere defloratum.

Thlaspi, *arvenſe*, 574, Penninggrås, inter ſata et in hortis crebrum; florere incipiens cum exordio Maji.

— *campeſtre*, 575, K. Salomons Ljusſtake, ad margines agrorum in Öfverſelö frequens.

— *Burſa*, 576, Näldynegräs, in hortis et ruderatis ubivis crebrum; florens viſum ab initio Maji in ultimum usque auctumnum.

Cochlearia, *Armoracia*, 580, Pepparrot, in caeſpitoſis hortorum ſponte et abunde vegetans; florere ſolet in Majo.

SILIQUOSA.

Dentaria, *bulbifera*, 584, in querceto promontorii Gorſingholmenſis orientali non infrequens; in inſulae Skarpan (v. ſ. ad N. 159) lingula occidentali parcius. Florens inventa d. 15 Jun. 1788, et 1791.

Cardamine, *pratenſis*, 585, Ångkraſſe, in pratis et paſcuis udis ubivis obvia; florere ſolens a medio Maji in exordium Junii.

— *amara*, 586, Bäckkraſſe, ad ſcaturiginem in paſcuis praedioli Biſpquarn et paludoſis pratorum adjacentium copioſa; florentiſſima lecta d. 5 Junii 1791. Etiam ad rivulum fontis acidularis, ultra Sörfinninge reperta.

— *impatiens*, 588, in nemoribus pratorum, Måringe äng, et Sundby äng ad radices montium Aſbyenſium ad viam a littore Måleri ad rura auſtralia paroeciae Strengneſenſis inter Juniperos prope ad villulam Djupvik, alibique paſſim. Florens, cum petalis evidenter viſis, licet

licet facillime deciduis, inventa d. 9 Jun. 1791, d. 27 Jun. et 5 Jul. 1788, et d. 17, Jul. 1786.

CARDAMINE *parviflora*, Faun. Sv. p. 557, et Sp. Pl. 914, in culmine et clivo orientali promontorii Gorſingholmenſis occidentalis abundans; et in clivo praerupto infra maceriem alterius promontorii frequens. Florentiſſima inventa eſt d. 7, 15 et 18 Maji 1788, et 1791; d. 29 vero defloruerat pleraque.

SISYMBRIUM, *Amphibium*, 593, in oſtio freti Eldſund, ipſis in aquis et in littore limoſo, alibique paſſim aquoſis in locis repertum. Florens notatum eſt in medio Junii 1783, et d. 25 Junii 1791.

— *ſilveſtre*, 594, in littore ſicco oſtii freti Eldſund et in paſcuis Sundbyenſibus; florens viſum d. 14 Julii et 12 Auguſti 1791, d. 17 Junii 1790.

— *Sophia*, 595, Stillfrögrås, in coemeterio alibique ſparſim frequens; florere viſum a medio Junii ad medium Auguſti.

ERYSIMUM, *officinale*, 598, in plateis ac ruderatis oppidi; florens notatum d 17 Jun.

— *Babarea*, 599, Vinterkraſſe, in collibus ſaxoſis et herbidis agrorum Storgårdet, in inſula Vargholmen, aliisque, ad littora, per menſem Junium florens.

— *Alliaria*, 600, in clivis ad occidentem jugorum prati Regii Gorſingholmenſis, ad acervos praecipue formicarum; florens in medio Maji 1790, et 1791.

— *cheiranthoides*, 601, in plateis et hortorum ſepes in oppido copioſum; florere viſum a 9 Junii, per Julium ac deinceps in adultum auctumnum.

Arabis, *Thaliana*, 605, in littoribus ac ſabuloſis non rara; florens inventa ad finem Aprilis, et per Majum totum.

Turritis, *glabra*, 606, in pratorum collibus et ad margines agrorum frequens. Floret per menſem Junium.

— *hirſuta*, 607, iisdem ſere ac praecedens locis, nec minus frequens; paulo maturius florere incipit ac deſiſtit.

Brassica, *campeſtris*, 608, in agris Storgårdet eorumque verſuris; florens viſa d. 28 Maji, per Junium ac deinceps.

Sinapis, *arvenſis*, 610, Vildſenap, in agris inter ſata, et arvis copioſiſſima ſaepe et moleſta; florens a medio Junii, in ultimum usque auctumnum.

MONADELPHIA.

DECANDRIA.

Geranium, *ſanguineum*, 616, in collibus pratorum fertilioribus et apricis non infrequens; florens in ſine Junii et Julio. Etiam d. 19 Auguſti ſuperſtes inventum.

— *ſilvaticum*, 617, in ſilvis paſcuis et collibus frequens; poſt exordium Junii in multum Julium florens.

— *pratenſe*, 618, in prato Tynås ång copia parca, per menſem Julium florens. In coemeterio Ytterſelöenſi abundantiſſimum, floreſcentia ſeneſcenti inventum eſt d. 1 Auguſti 1784.

— *Robertianum*, 619, ad ſepes et in hortis oppidi, in inſula Lillſtreugnås alibique paſſim; per Junium, Julium, Auguſtum et Septembrem flores gerens.

Ge-

Geranium, *diſſectum*, 621, in hortis oleraceis et in coemeterio; per Junium, Julium, Auguſtum et in Septembri florens.

– *Cicutarium*, 625, in coemeterio ſuper petra extra idem in clivo ad auſtrum exſucco et petroſo; viſum florens d. 26 Jun. et per menſes ſequentes in adultum auctumnum.

POLYANDRIA.

Malva, *rotundifolia*, 626, Kattoſtgrås; in hortis et plateis frequens; in Auguſto, Septembri et Octobri florens.

DIADELPHIA.

HEXANDRIA.

Fumaria, *officinalis*, 630, Jordrök, in hortis oleraceis, agris etc. non infrequens. Florere incipit circa ſolſtitium et per menſes ſequentes pergit.

– *bulboſa*, 631, in nemoribus quibuslibet, maximeque in faſtigiis et convalle promontorii Gorſingholmenſis occidentalis copioſa; in fine Aprilis et ineunte Majo florens.

OCTANDRIA.

Polygala, *vulgaris*, 632, in paſcuis et pratis aridis paſſim; florens inventa ad finem Maji et per menſes ſequentes.

– *amara*, Sp. Pl. p. 987, in prato praedii Epiſc. Sundby, ad ſemitam, frequens; florere inventa d. 8 Julii 1791.

DECANDRIA.

Ononis, *arvenſis*, (637, varietas α) in prato villae Norrby, in Toſter, aliisque, frequens; florere notata d. 16 Julii 1791.

Anthyllis, *vulneraria*, 638, in hortis oleraceis paſſim; in Segeröäng lecta d. 14 Junii florens,

florens, et in prato civitatis Storången, copia incredibili, d. 3 Julii. 1791. Etiam d 13 Aug. inter agellos ultra Långberget florens inventa.

Orobus, *vernus*, 614. Kråkårter, in nemoribus et fruticetis frequens; in prato villulae Djupvik, Målero ad auſtrum, abundantiſſime; florens poſt medium Maji in principium Junii; d. 12 Jun. 1790 defloruiſſe viſus.

— *tuberoſus*, 642, in pratis ſiccioribus paſſim; in querceto collis petroſi ad Peterstorp (v. ſ. ad N. 163), florens poſt medium Maji inventus 1790. Per Junium, etiam Julium et in Aug. deprehenſus eſt ſuperſtes.

— *niger*, 643, Vipårter, ad marginem nemoris prati Nyången frequens, in prato Stenbyenſi et in fruticeto prati Storången rarior. Florere incipit ad finem Junii, et defloruiſſe eſt viſus d. 19 Junii.

Lathyrus, *ſilveſtris*, 644, in ſaltu inſulae Nybbleholm (F. ſ. ad N. 182), initio Julii florens inventus, 1790 et 1791.

— *latifolius*, 645, in eadem inſula ad frutices frequens, et florentiſſimum repertus d. 5 Auguſti 1791.

— *pratenſis*, 647, in pratis etc. frequens; florere notatus eſt a d 9 ad 25 Junii.

— *paluſtris*, 648, in pratis Sundbyenſi, ſilvatico infra Jättberget, pagi Mörby in Selö, aliisque; ad finem Junii et in Julio florens.

Vicia, *ſilvatica*, 650, in nemore prati Sundbyenſis, montibus abciſſis Åsbyenſibus parallelo, in fruticeto prati Storången, prato ſilvatico infra Jättberget, et in Husbyenſi paroeciae Vanſö, copia inexhauſta; nec alibi infrequens; obſervata florere in fine Junii et in Julio.

Vicia, *ſepium*, 651, Tranårt, in fruticeto prati Storången, prope ad lacum, alibique in ubroſis frequens. Floret ad finem Maji et in Junio.

– *Cracca*, 652, Musårter, inter ſecale alibique frequens. Floret exeunte Majo et menſibus deinceps ſequentibus.

– *ſativa*, 654, Vicker, inter ſegetes non infrequens, florens viſa per Julium.

Ervum, *tetraſpermum*, 656, in cultis paſſim, ut in agellis ultra Långberget, in lingula orientali inſulae Segerö etc. florens obſervatum d. 14 Junii et 12 Auguſti.

– *hirſutum*, 657, in hortis oleraceis et agris paſſim; florens per Junium et in Aug. ineuntem.

Astragalus, *glyciphyllus*, 658, in coemeterio et intra extraque agellos Dalſångenſes ſupra lacum Guldringen; florens exeunte Junio et per Julium. Auguſti d. 17, 1791, inventae ſunt ejus ſtirpes, recentes flores et legumina turgida gerentes.

Trifolium, *Melilotus*, 663, albus, in coemeterio frequens. Floret progreſſo nonnihil Julio ac deinceps; in ſine Octobris viſus ſuperſtes.

– *hybridum*, 664, inter agellos ultra Långberget inventum florens d. 12 Auguſti 1791.

– *repens*, 665, Hvitvåpling, in paſcuis et pratis ubique; florens ad finem Junii ac deinceps.

– *pratenſe*, 666, Rödvåpling, in pratis vulgatiſſimum; florens ab exitu Maji in ultimum auctumnum.

– *montanum*, 667, in pratorum agrorumque collibus paſſim; florens notatum in Junio.

– *arvenſe*, 668, Flåsgrås, in paſcuis etc. frequens; obſervatum florens d. 14 Junii et 17 Auguſti.

Trifolium, *agrarium*, 671, Jordhumle, in ſiccis et ad rupes rarius. In marginibus agrorum ad Nåsbyholm florens lectum eſt d. 21 Julii 1791.

Lotus, *corniculata*, 675, Kåringtand, in pratis vulgaris; obſervata florens ab exitu Maji per menſes ſequentes et d. 15 Auguſti.

Medicago, *lupulina*, 678, in coemeterio, hortis ac pratis frequens; florens notata d. 28 Junii et 12 Auguſti.

POLYADELPHIA.

POLYANDRIA.

Hypericum, *quadrangulum*, 679, in pratis et paſcuis frequens; menſe Junio florens.

— *perforatum*, 680, Johannisgräs, in coemeterio, collibus et fruticetis frequens; in pratulo Åsbyenſi, ultra Sundbyenſe, ad radices monticuli, abundantia inſigni; florens per Julium et in Auguſto.

SYNGENESIA.

POLYGAMIA AEQUALIS.

Tragopogon, *pratenſe*, 684, Salſoſi, in coemeterio florens per Julium et in Auguſto.

Scorzonera, *humilis*, 685, Svinrot, in pratis, ut ad Stenby, tugurium Eklund etc. frequens. Floret in Junio et Julio.

Sonchus, *arvenſis*, 687, Fettiſtel, in agris et cultis paſſim; florens animadverſus ad finem Julii per Auguſtum et in Septembri.

— *oleraceus*, 688, Miölktiſtel, in hortis oleraceis ubique; florens notatus in Julio ac deinceps in extremum auctumnum.

Pre-

PRENANTHES, *muralis*, 692, in hortis, ſilvis, inſulis paſſim. ut in colle pratuli Åsbyenſis (v. ſ. ad N. 680). inſula Vaxångenſi etc.; florere viſus in Julio.

LEONTODON, *Taraxacum*, 693, Eggblomſter, in hortis, paſcuis etc. copioſum; ad ſinem Maji florentiſſimum, nec ad auctumnum omne evaneſcens.

— *autumnale*, 695, in cultis et paſcuis frequens; per Auguſtum et in Septembri florens.

HIERACIUM, *Piloſella*, 697, Musöron, in paſcuis ſterilibus frequens. Floret per Junium, Julium et Auguſtum.

— *dubium*, 698, in pratis paſſim, florens viſum in Julio praecipue.

— *Auricula*, 699, in pratis et paſcuis frequens; in Junio et Julio florere notatum.

— *praemorſum*, 700, in pratis frequens, et per menſem Junium florens.

— *murorum*, 701, in fruticetis et paſcuis paſſim; in fine Junii et per Julium florere animadverſum.

— *umbellatum*, 704, in aridis et paſcuis frequens. Floret ab exeunte Junio per menſes aeſtatis ſequentes *).

CREPIS, *tectorum*, 705, in tectis et aridis paſſim; florens obſervata ab exeunte Junio per Julium et Auguſtum.

HYPOCHAERIS, *maculata*, 708, in pratorum ſolo elatiori; florens in Tynåsång et Husbyång, circa medium Julii obſervata.

LAPSANA, *communis*, 710, inter ſegetes et in hortis frequens. Florere animadverſa eſt ab exitu Junii in Auguſtum deſinentem.

 ARCTIUM,

*) Varietas quoque huius ſingularis, floribus axillaribus iisque fere paniculatis; in vicinia Strengneſiae rarius lecta.

Arctium, *Lappa*, 712, Karborre, Tôſla, in hortis et ruderatis paſſim; florens obſervatum in medio Auguſti.

Serratula, *tinctoria*, 713, Skålongrås, in pratis circa Eklund, Kilen et Gorſingetorp abundans, nec in aliis infrequens; ad exitum Julii florentiſſima.

— *arvenſis*, 715, Korntiſtel, inter ſegetes, in primis hordeum, crebra; florens in Julio et Auguſto.

Carduus, *lanceolatus*, 716, ad margines viarum frequens; florere viſus per Auguſtum et in finem usque Octobris.

— *acanthoides*, 718, ad vias et margines agrorum ſat frequens. Florens per Auguſtum, Septembrem, usque in multum Octobrem.

— *crispus*, 719, in hortis et agris paſſim; florens in Auguſto, Septembri et Octobri.

— *paluſtris*, 720, Kårtiſtel, in paludoſis et umbroſis paſſim; florens obſervatus d. 21 Julii et 8 Auguſti.

Onopordum, *Acanthium*, 724, ad portam agrorum Malmbyenſium juxta Gorſingetorp paucum; in coemeterio Öfverſelöenſi frequens; florens d. 28 Julii 1791.

Carlina, *vulgaris*, 725, in campis aridis paſſim; extra agellos Dalſängenſes ad viam, quae ducit ad Guldringen, frequens, florere viſa circa medium Auguſti.

Bidens, *tripartita*, 726, Brunſkär, in depreſſis et udis hortorum ac plantario Braſſicae capitatae civitatis, alibique paſſim; florens viſa per Auguſtum, et d. 11 Septembris 1791.

— *cernua*, 727, in Ytterſelö, locis paludoſis; florens in Septembri.

Eupa-

Eupatorium, *cannabinum*, 728, Flocks, in inſulis, Skarpan (v. ſ. ad N 159) eique vicinis; florere incipiens ineunte Auguſto.

POLYGAMIA SUPERFLUA.

Tanacetum, *vulgare*, 730, Renfana, in inſulis urbi vicinis copioſiſſimum, per Auguſtum florens.

Artemisia, *vulgaris*, 731, Gråbo, in cultis et ruderatis frequens. Florere animadverſa eſt in Julio et Auguſto.

– *campeſtris*, 732, in Djäkneholmen et ad margines agelli Noſocomii; florens animadverſa in Julio.

– *Abſinthium*, 735, Malört, in ruderatis frequens obſervata in Julio.

Gnaphalium, *dioicum*, 736, Kattfot, in campis macris ubivis copioſum. Florens emergere ſolet poſt Maji exordium et florentiſſimum eſſe Junio incipiente, nec initio Auguſti omne evanuiſſe.

– *ſilvaticum*, 739, extra agellos Dalſångenſes, et in ſilvis campisque fruticoſis paſſim; ad finem Auguſti maxime florens.

– *uliginoſum*, 740, locis humidis et ſemitis paſſim; florens notatum initio Auguſti.

Erigeron, *acre*, 741, in paſcuis et campis frequens; florere viſum exeunte Junio, per Julium et Auguſtum.

Tussilago, *Farfara*, 743, Håſthof, in ſaltu Lundabraten, ad rivulum ſcaturiginis copioſiſſima; ad exordium veris plantas fere omnes florendo antevertere ſolita.

– *Petaſites*, 746, Peſtilenzört, in hortis ad Ladgatan, exeunte Aprili et initio Maji florens.

Seneg-

Senecio, *vulgaris*, 747, in cultis et ruderatis ubivis, a veris principio in extremum auctumnum ſolita florere.

— *ſilvaticus*, 748, in paſcuis et ſeptis ſilveſtribus, ubi comburendo deleta eſt ſilva, ut in terris Åsbyenſibus, extremitate inſulae Segerö alibique paſſim; circa Junii medium florens inventus.

Solidago, *Virgaurea*, 754, Guldris, in pratis eorumque in primis nemoribus et clivis frequens; florens in Junio, Julio et Auguſto.

Inula, *Helenium*, 755, Ålandsrot, in caeſpitoſis hortuli oleracei in viculo oppidi Nabben, fera perennans, circa medium Auguſti floret.

— *ſalicina*, 759, in prato Eklundsäng nonnulla et in Tynäsäng copioſa; ad exitum Julii, et foeniſecium vix antevertens, florere ſolet.

Chrysanthemun, *Leucanthemum*, 763, Preſtkrage, ad margines agrorum, et in pratis vulgare, per Julium et menſes ſequentes florens.

— *inodorum*, 765, in marginibus agrorum etc. paſſim; per Junium, Julium et in Auguſto florens.

Matricaria, *Chamomilla*, Kummillblomſter, ad margines agrorum paſſim; in Öfverſelö copia inſigni, florens in Junio et Julio.

— *ſuaveolens*, 766, Sötblomſter, in area villae Stenby inque agrorum marginibus paſſim; per Junium et Julium florens.

Anthemis, *Cotula*, 767, Surtuppa, extra coemeterium inque ruderatis oppidi abundans; ante medium Junii ac deinceps in ultimum auctumnum florens.

— *arvenſis*, 768, inter agros in caeſpitoſis paſſim; maxime infra ſegetes ad Aludden

copio-

copioſa; florens obſervata in Julio, Auguſto et Septembri.

Anthemis, *tinctoria*, 769, in agris praedii Måringe copioſa; juxta viam publicam et agros inter villas Vånga et Målby in Thoreſund frequens; in agris et caeſpitoſis Templo Ytterſelöenſi propinquis abundans; florere viſa per Julium, Auguſtum et in multum usque Octobrem.

Achillea, *Millefolium*, 770, Rölleka, Nåsgräs, in hortis et caeſpitoſis ubivis vulgaris. Florere incipiens in ſine Junii, ad auctumni fere exitum durat.

POLYGAMIA FRUSTRANEA.

Centaurea, *Jacea*, 774, in agris et pratis frequens, ab exeunte Julio, per Auguſtum et Septembrem florens.

– *Cyanus*, 779, Blåklint, Åkerroſor, inter ſegetes, praeſertim biennes frequens; obſervata florens a ſolſtitio in progreſſum Octobrem.

POLYGAMIA NECESSARIA.

Filago, *montana*, 780, in aridis et petroſis oppidi alibique in ſabuloſis frequens; floret exeunte Junio et in Julio.

– *arvenſis*, 781, inventa florens extra agellos Dalſangenſes, d. 17 Aug. 1791.

MONOGAMIA.

Jasione, *montana*, 782, Monke, in jugis montium Dalſängenſium non infrequens, ad exitum Junii et in exordio Julii florens.

Lobelia, *Dortmanna*, 783, in aquis ad littora Måleri paſſim copioſa; extra pratum pagi Öfverſelöenſis Mörby copia incredibili, florere viſa d. 10 Julii 1790.

Viola,

Viola, *canina*, 785, Skogsfioler, in pratorum nemoribus et paſcuis frequens; florere ſolita Majo provecto et in Junium ineuntem pergere.

— *paluſtris*, 786, Kärrfiol, in pratis humidis, ut Storängen, parce; in paludoſis prati Eklundenſis copioſior; nec alibi infrequens. Florere obſervata ab exitu Aprilis in coeptum Junium.

— *montana*, 787, in margine littoris Mäleri, tam in continente, quam inſulis plurimis frequens; per Junium et in medio Junii viſa florere.

— *hirta*, 788, Buſkefiol, in Vargholmen alibique ubivis in fruticetis pratorum agrorumque et ad ſepes frequens. Floret ante *caninam*, ab exitu Aprilis in Majum exeuntem.

— *mirabilis*, 789, Underfiol, in pratorum nemoribus non infrequens, ut in Sundbyäng, ad radices abciſſi montis Åsbyenſis; maxime vero copioſa in iugis nemoroſis prati regii Gorſingholmenſis. Floret nonnihil provecto Majo, et vix ultra ejus exitum.

— *tricolor*, 791, Styfmorsfiol, in hortis, arvis, tectis, aſpretis, inſulis non infrequens; in nemore promontorii Gorſingholmenſis orientali, Majo adulto laetiſſime luxurians; florere ceterum ſolita a primo veris initio in multum auctumnum.

Impatiens, *Noli tangere*, 792, Springkorn, in paſcuis praedioli Biſpquarn. ad ſcaturiginem pratis Magiſter ängen et Björndalsäng conterminam; florens inventa d. 29 Aug. 1789.

GYNANDRIA.

DIANDRIA.

Orchis, *bifolia*, 793, Standpers, in pratis paſſim; florens obſervata in nemore prati Nyängen circa medium Julii.

Orchis,

ORCHIS, *conopſea*, 799, in pratis paſſim, ut Husbyenſi in Vanſö et Mörbyenſi in Öfverſelö; florens inventa d. 28 Jun. 11 et 16 Julii.

– *maculata*, 800. J. Mariae-hand, in pratis humilioribus paſſim; florere animadverſa in medio et fine Junii.

– *incarnata*, 802, in pratis paſſim, ut in Sundbyenſi; ubi lecta eſt florens d. 19 Junii.

SATYRIUM, *repens*, 807, inventum florens in ſaltu Vaxängenſi d. 22 Julii 1783, et in Kumla-Hammar in Härad d. 21 Julii 1791.

OPHRYS, *Monorchis*, 810, ad rivulum fontis acidularis ultra Sörfinninge, florens inventa d. 28 Junii, et in prato Öſverſelöënſi Dryſſian, d. 11 Julii, 1791.

POLYANDRIA.

CALLA, *paluſtris*, 822, in palude ſilvatica prope ad viam publicam inſulae Toſter; florens inventa d. 21 Julii 1785 et 7 ejusdem 1787.

MONOECIA.

DIANDRIA.

LEMNA, *minor*, 827, in foſſis et aquis ſtagnantibus paſſim, in freto Eldſund copioſa, ubi inventa d. 17 Julii 1791.

– *triſulca*, 828, in freto Eldſund rarior; inventa d. 21 Julii 1791. Haec et praecedens in medio Julii florent.

TRIANDRIA.

TYPHA, *anguſtifolia*, 829, Bandvaſs, Kaſedun, in freto Eldſund frequens, et in freto Måleri, quod inſulam Tynelsö a Selö ſeparat, ad littus Selöënſe, extra pratum Mörbyäng et paſcua Klippinge hage, copia ingenti.

SPAR-

Sparganium, *erectum*, 831, in pratulo Lötlindan ad fretum Eldſund alibique rarius, florens inventum ad finem Junii, per Julium et in Auguſto.

— *natans*, 832, Flottgräs, in Eldſund ad Lötlindan, et in lacu ad littus fruticeti Sidön, florens notatum initio Auguſti.

Carex, *dioica*, 833, in prato Sundbyång florens inventa d. 14 et 19 Junii.

— *leporina*, 837, Harſtarr, in locis humidis prati Tynelsöenſis Djurgården lecta d. 16 Jun. 1791.

— *vulpina*, 838, Räfſtarr, in lacuna paludoſa prati Nyången inventa d. 13 Junii.

— *muricata*, 839, Piggſtarr, in nemoribus uliginoſis paſſim, in Junio et Julio inventa.

— *loliacea*, 840, in palude ſaltus Thun, ad ſemitam inter Djupvik et Jåttberget.

— *elongata*, 841, Rånkſtarr, in pratis humidis infra agellos Dalſängenſes; florens lecta d. 9 Junii 1791.

— *caneſcens*, 842, Gråſtarr, in turſis paludum frequens; lecta florens d. 25 April. et 6 Maji 1791.

— *flava*, 843, Knaggleſtarr, in humidis montis Långberget lecta d. 30 Auguſti.

— *digitata*, 844, Hviſſtarr, in colle nemoroſo prati Storången inventa d. 28 Maji.

— *montana*, 845, in inſula Tynelsö reperta d. 31 Maji.

— *filiformis*, 847, Trådſtarr, in querceto inſulae Tynelsö deprehenſa d. 31 Maji.

— *capillaris*, 851, Hårſtarr, in prato Sundbyenſi lecta d. 19 Junii.

— *Pſeudocyperus*, 854, Slokſtarr, in medio alveo freti Eldſund, inter arundines et equiſeta conferta, deprehenſa d. 2 Julii 1789.

Carex.

Carex, *caeſpitoſa*, 855, Tufſtarr, in turfis pratorum humidiorum frequens, inventa d. 27 April. et 9 Junii; d. 15 vero Maji florentiſſima.

– *veſicaria*, 856, Blåſeſtarr, ad foſſas, in humidis et ad littora non infrequens; in Lötlindan lecta florens d. 9 Junii 1791.

– *acuta*, 857, Blåſtarr, in humidis et ad littora Måleri; florens lecta infra pinetum praedii Olivehåll d. 30 Junii.

TETRANDRIA.

Betula, *alba*, 859, Björk, ad occidentem oppidi copioſa et inſignem ſilvae Strengneſenſis partem conſtituens. Florens obſervabatur d. 5 Maji 1790.

– *Alnus*, 861, Ahl, in depreſſis et humidis frequens, ad ripas Måleri praecipue crebra. Quantam poſſit arbor annoſa proceritatem et magnitudinem adſequi, lucus littoralis ad Olivehåll, celſitudine et opacitate ſua ſuperbiens, indicat. Floret circa menſis Maji initium.

Urtica, *urens*, 862, Etternäſla, in cultis, ruderatis et ad ſepes vulgaris, obſervata florere in medio Auguſti.

– *dioica*, 863, Brännäſla, in cultis, ad ſepes et parietes vulgatiſſima; florens notata circa medium Auguſti.

POLYANDRIA.

Myriophyllum, *ſpicatum*, 867, in lacu ubi minus profundae aquae frequens.

– *verticillatum*, 868, in limoſo freti Eldſundenſis alveo, poſt aquarum ſubſidentiam inventum florens d 21 Julii.

Sagittaria, *ſagittifolia*, 869, in foſſis, ſtagnis et fretis limoſis ad ripas paſſim, florens ad exitum Julii.

N   Quer-

Quercus, *Robur*, 870. Ek, in pratorum collibus et paſcuis frequens, lucos inſignes in promontoriis Gorſingenſibus et paſcuis Tynåſenſibus faciens. Floret quum pullulant folia, ad exitum fere Maji et initio Junii.

Corylus, *Avellana*, 873, Haſſel, in pratis praedii Ep. Sundby copioſa, aliisque in pratorum collibus non infrequens. Floret antequam erumpunt folia, in Aprili plerumque, plantas alias cunctas, quae ſub hoc coelo naſcuntur, praecurrens.

MONADELPHIA.

Pinus, *ſilveſtris*, 874, Tall, ſilvas tractuum circumjacentium plerasque conſtituens, in ſaltu Vaxångenſi ad maturitatem paſſim progreſſa. Floret communiter in exitu Maji et initio Jun.

— *Abies*, 875, Gran, praecedenti frequens admiſta; in ſilva Thun crebior, et ad proceritatem inſignem paſſim provecta.

— *viminalis*, Act. Acad. Scient. Holm. 1777, p. 310 Fl. Sv. p. 344, (*hybrida*), Slokgran, viae Regiae contigua, ab oppido 3 quartas milliaris Sveth. partes, et a xenodochio Malmby, fere octavam ad auſtrum, diſtans. Annoſa ſatis et ſeculi forſan adepta aetatem, ſtrobilos fert numeroſos ac ſeminibus turgidos. Haec autem in Hort. Botan. Upſ. introducta non germinaruut.

SYNGENESIA.

Bryonia, *alba*, 876, in ſepibus hortorum urbis, conferta et luxuriante congerie frequens. Floret in Julio et Auguſto.

DIOE-

DIOECIA.

DIANDRIA.

Salix, *pentandra*, 879, Jolſter, in ſilvis, ubi humus uliginoſa, pratisque et paſcuis etc. humidis paſſim, ut Storängen, Stenbyäng et Stenbyhage etc. Floret ad exitum Maji et in provectum Junium.

— *fragilis*, 883, Pil, ad ripas lacus et paludum, locisve quibusvis uliginoſis paſſim. Floret cum frondeſcere incipit, menſe fere Majo medio.

— *myrtilloides*, 889, in paſcuis et ſilvis paſſim.

— *repens*, 896, Krypvide, in turfis paludum paſſim; ultra Långberget florens inventa d. 5 Maji 1790.

— *rosmarinifolia*, 898, in nemore uliginoſo prati Eklundenſis.

— *caprea*, 900, Sålg, in clivo agrorum Sörgårdet, in littore promontorii Gorſingholmenſis orientalis, ſilvisque paſſim. Florens obſervata d. 14 Maji.

— *viminalis*, 901, Korgpil, in hortis juxta lacum non rara. Floret cum congeneribus.

— *cinerea*, 902, Gråvide, in inſulis ad littora, pratisque et paſcuis humidis paſſim. Florens viſa eſt ad exitum Aprilis 1791.

TRIANDRIA.

Empetrum, *nigrum*, 904. Kråkbärsris, in paſcuis pagi in Öfverſelö, loco milliare circiter unum a Strengneſia diſſito In ſilvis terrae continentis urbi vicinis, impigre licet perveſtigatis, reperiri nondum potuit. Florens inventum d. 11 April. 1790.

TETRANDRIA.

Viscum, *album*, 905, Miſtel, in quercubus inſulae Oknön, unum fere, cum ſemiſſe, milliare ab urbe remotae, frequens.

Myrica, *Gale*, 907, Porſſ, in inſula St. Pehrs ſkår, juxta Skarpan (v. ſ. ad N. 159), uberrima; nec in vicinis inſulis deſideratur. In palude ultra Långberget inventa quoque una vel altera ſtirps. Floret in Aprili.

PENTANDRIA.

Humulus, *Lupulus*, 908, Villhumle, in ſaxoſo prati Måringenſis colle repertus 1791 in Jun.

OCTANDRIA.

Populus, *tremula*, 909, Aſp, ad latera et radices montis Dalſångenſis, alibique paſſim, initio Aprilis florere ſolita.

ENNEANDRIA.

Hydrocharis, *Morſus Ranae*, 914, in freto Eldſund, ad occidentem pontis, florens inventa initio Auguſti.

MONADELPHIA.

Juniperus, *communis*, 915, frutex vulgatiſſimus, ad exitum Maji et ineunte Junio florens.

POLYGAMIA.

MONOECIA.

Atriplex, *patula*, 922, in ruderatis et cultis frequens; florens animadverſa d. 12 Auguſti.

Acer, *platanoides*, 924, Lönn, in collibus pratorum rarior; in coemeterio, ad raram proceritatem provecta, ſemina ſpargit per urbem uberrima, quae in hortis et ruderatis facillime germinant et in incrementum nituntur. Floret provecto aliquantum Majo.

DIOE-

DIOECIA.

Fraxinus, *excelſior*, 926, Aſk, in pratis et jugis, ubi fertilior humus, rarior; intra urbem in coemeterio et caeſpitoſis hortorum paſſim. Florere ſolet vergente ad exitum Majo.

CRYPTOGAMIA.

FILICES.

Equisetum, *ſilvaticum*, 927, ad margines agrorum Sörgårdet, ſcaturiginem paſcuorum ad Biſpquarn, alibique in ſilveſtribus paſſim, per Junium et Julium viſum.

– *arvenſe*, 928, Råſrumpa, in arvis et pratis frequens; ad finem April. et per Majum florens.

– *paluſtre*, 929, in aquoſis frequens.

– *fluviatile*, 930, Fräken, in lacu fretisque ad ripas frequentiſſimum.

– *limoſum*, 931, ad plantarium braſſicae capitatae civitatis, ſolo limoſo, lectum d. 14 Jul.

– *hiemale*, 932, Skåfte, in ſilva Strengneſenſi, ultra Långberget et ad auſtrum amplius rarum; ad Kalkkulla (v. ſ. ad N. 338) copioſius.

Osmunda, *lunaria*, 934, in coemeterio et Vargholmen, florens in Junio deprehenſa.

Acrosticum, *ſeptentrionale*, in rimis petrarum, montiumque Langberget et Dalſangberget paſſim; a medio Aprilis ac deinceps per aeſtatem repertum.

– *ilvenſe*, 938, in Julio et Aug. paſſim florens inventum.

Pteris, *aquilina*, 940, Ormbunke, locis aridis et exſuccis ſilvarum et paſcuorum vulgatiſſima; florens obſervata in Auguſto.

Asplenium, *Trichomanes*, 942, in petris frequens; florens lectum in promontorio Gorſingholmenſi orient. d. 20 April. 1791.

POLYPODIUM, *vulgare*, 944. Stenſöta, in rimis petrarum vulgare; obſervatum florens d. 16 Aug. 1791.

— *mas*, 946, Träjon, in nemore prati Sundbyenſis, monti Åsbyenſi parallelo. in pratis Stenbyång et praeſertim Märingeång copioſiſſimum alibique paſſim non infrequens. Florens viſum in medio Aug. 1791.

— *femina*, 947, cum praecedente paſſim, ſed rarius; viſum in ſilva Strengneſenſi juxta ſemitam ad Lundebråtar d. 28 Junii, et in Sundkarlshagen d. 16 Julii 1791.

— *fragile*, 948, in lapidoſis et glareoſis frequens.

— *Dryopteris*, 949, in ſilvis et petroſis paſſim; florens inventum in monte ſupra fontem Eldſundenſem d. 29 Julii, 1791.

— *Thelypteris*, Syſt. Veget. p. 788, in palude ultra Långberget inventum d. 17 Jul. 1791.

MUSCI.

LYCOPODIUM, *clavatum*, 952, Mattgrås, in ſilvis paſſim, ut Thun aliisque.

— *Selago*, 955, Lusgräs. in ſilvis muſcoſis paſſim, ut in Strengneſenſi. Thun et Vaxångenſi.

— *complanatum*, 958, in ſilva inter Schedinge et Märinge, ad ſemitam. Etiam in Thun, ſed paucum, deprehenſum.

SPHAGNUM, *paluſtre*, 959. Rödmoſſe, locis paludoſis ubivis copioſum; inventum fructificans d. 2 Sept. 1791, in palude ultra Långberget.

FONTINALIS, *antipyretica*, 961, in rivulo fontis inter Dalſängen et Guldringen parce.

— *apocarpa*, (Bryum apocarpum Fl. Sv. 986), in ſaxis et arboribus frequens

POLYTRICHUM, *commune*, 966. Björnmoſſe, Gökrog, in locis montoſis et ſpongioſis ubique

que obvium. Fructus gerens deprehenſum menſibus Aprili et Majo.

Polytrichum, *bryoides*, (Bryum ſtriatum Fl. Sv. 987) in ſaxis et arboribus antiquis paſſim; fructificans inventum d. 24 Junii 1791.

Mnium, *paluſtre*, 970, in udis et pratis paludoſis paſſim.

– *hygrometricum*, 972, in apricis et deuſtis minus frequens; lectum in Kaſvelbro Moſſe circa medium Aug.

– *purpureum*, 973, in pratis et paſcuis, locis igne deuſtis non rarum; inventum cum capſulis initio Maji.

– *crudum*, 979, in ſilvarum nemoribus montiumque praecipitis rarius; deprehenſum d. 19 Jun. 1791.

– *ſerpyllifolium*, 992, (γ) in pratis humidis et paſcuis uliginoſis rarius.

– *extinctorium*, (Bryum extinct. Fl. Sv. 990) in ſilva Thun alibique paſſim.

– *rurale*, (Bryum rurale Fl. Sv. 991) in tectis, montibus et ſaxis frequens.

– *murale*, (Bryum murale Fl. 993) locis quibus praecedens copioſiſſimum.

– *viridulum*, (Br. viridulum Fl. Sv. 1002) in agris Sörgârdet alibique parce.

– *caeſpiticium*. (Bryum caeſp Fl. Sv. 1010) in glareoſis, tectis et locis deuſtis paſſim.

Bryum, *ſcoparium*, 995, in ſilvis et rimis montium ſat frequens; cum fructificatione lectum ſupra montem Långberget d. 15 Sept. 1791.

– *hypnoides*, 1003, in rupibus et montibus frequentiſſimum.

– *argenteum*, 1008, ad montium latera non rarum.

– *aciculare*. Sp. Pl. 1593, in ſaxis et montibus non infrequens.

 Hyp-

Hypnum, *triquetrum*, 1015, in ſilva Thun alibique paſſim.

— *proliferum*, 1018, in ſylvis umbroſis vulgatiſſimum.

— *delicatulum*, 1019, in pratis ſiccis et ſuper petris rarius.

— *parietinum*, 1020, in ſaltibus et pratis exſiccatis non infrequens.

— *Criſta*, 1022, in ſilva Thun alibique parcius.

— *abietinum*, 1023, in ſilvis circumjacentibus ſat frequens.

— *cupreſſiforme*, 1024, in umbroſis paſſim.

— *dendroides*, 1028, in ſilva Strengneſenſi alibique rarius deprehenſum.

— *curtipendulum*, 1030, in truncis arborum et ad radices montium rarum.

ALGAE.

Jungermannia, *tamariſcifolia*, 1034, ad radices arborum, praecipue quercuum, in pratis alibique ſat frequens.

— *ciliaris*, 1044, ad praecipitia montis Långberget, alibique paſſim.

Marchantia, *polymorpha*, 1051, ad margines viae regiae, quae ad Dalſängen ducit, alibique locis denſtis rarior; inventa florens d. 17 Aug. 1791.

Lichen, *ſcriptus*, 1057, in tenerarum arborum cortice ubique.

— *ſanguinarius*, 1060, in lapidibus, arboribus etc. frequens.

— *atrovirens*, 1062, in ſaxis ubique obvius.

— *fuſco-ater*, 1063, ſupra lapidibus vulgaris.

— *ventoſus*, 1065, in cacuminibus montis Långberget rarior.

— *fagineus*, 1066, in truncis quercuum, fraxinorum etc. non rarus.

Lichen,

LICHEN, *ericetorum*, 1068, Myrmoſſe, in turfis paludum rarior.
— *ſubfuſcus*, 1072, in truncis arborum paſſim.
— *centrifugus*, 1074, in locis et montibus frequentiſſimus.
— *ſaxatilis*, 1075, Fårgmoſſe, ubique in petris obvius.
— *omphalodes*, 1076, ſuper lapidibus et in pratis rarior.
— *olivaceus*, 1077, in montibus non ubique.
— *ſtygius*, 1079, iisdem ac praecedens locis rarus.
— *parietinus*, 1080, Våggmoſſe, in parietibus, petris et truncis arborum.
— *phyſodes*, 1081, Björkmoſſe, in truncis betularum, et in ſepibus vulgatiſſimus.
— *ſtellaris*, 1082, in corticibus arborum rarior.
— *ciliaris*, 1083, in ſepibus ac truncis arborum ubique.
— *iſlandicus*, 1085, in ſilvis circumjacentibus rarior.
— *pulmonarius*, 1087, in quercuum truncis vulgaris.
— *furfuraceus*, 1088, in ſepibus non ubique.
— *fraxineus*, 1091, in fraxinis, quercubus aliisque arboribus frequens.
— *prunaſtri*, 1092, in pruno ſpinoſa, et ſalicibus frequentiſſimus.
— *juniperinus*, 1093, in arboribus, praecipue ramis Juniperi ubique obvius.
— *glaucus*, 1094, in epidermide betulae vulgaris.
— *venoſus*, 1097, ad margines ſcrobiculorum et in ſilva Thun variſſimus.
— *aphthoſus*, 1098, Tårſkmoſſe, in ſilvis locis humidis ubique.
— *caninus*, 1100, in ſilvis locis humidis ubique.
— *deuſtus*, 1105, in rupibus frequens.
— *puſtulatus*, 1107, Tuſchmoſſe, in monte Långberget copioſe.

Lichen, *cocciferus*, 1109, in rimis montium et ericetis vulgaris.

— *pyxidatus*, 1111, in ſilvis ſterilibus et ſaxis frequens.

— *fimbriatus*, 1112, in caudicibus antiquis et ericetis vulgaris.

— *gracilis*, 1113, in ſilvarum deſertarum petris minus frequens.

— *cornutus*, 1115, in montium rimis et locis humidis parce.

— *rangiferinus*, 1117, Renmoſſe, in ſilvis montoſis, et ipſis petris vulgatiſſimus.

— *paſchalis*, 1120, Faſtlagsris, in montibus ubique copioſe; circa finem Aprilis praecipue vigens.

— *plicatus*, 1122, in arboribus maturis frequens.

— *barbatus*, 1123, in pinis et abietibus vulgaris.

— *chalybeiformis*, 1127, ſuper petris et ſepibus copioſe.

— *hirtus*, 1128, cum praecedente ubique.

Tremella, *Noſtoc*, 1136, Skyfall, in pratis rariſſima.

— *purpurea*, 1140, in arboribus aridis rarior.

Conferva, *reticulata*, 1157, ad ſaxa infra aquam non infrequens.

— *fluviatilis*, 1168, ut praecedens lapidibus adhaerens, ad littora Målaeri paſſim.

Byssus, *ſaxatilis*, 1179, omnes ferme rupes et ſaxa cinereo veſtiens colore.

— *aquae*, 1182, Vatnblomma, in aquis Måleri media aeſtate vulgatiſſima.

— *candelaris*, 1185, in corticibus arborum et parietibus vulgaris.

— *phosphorea*, 1186, Uggelved, in ligno antiquo rarior.

Bis-

Bissus, *lactea*, 1189, in cortice arborum, ſrequens.

Spongia, *lacuſtris*, 1190, in lacu Målero paſſim.

FUNGI.

Agaricus, *androſaceus*, 1193, in ſilva Thun, lectus d. 10 Aug. 1791.

— *piperatus*, 1195, in ſilvis umbroſis paſſim; inventus d. 27 Aug. 1791.

— *extinctorius*, 1196, in ſilva Thun deprehenſus d. 4 Sept. 1791.

— *Georgii*, 1210, in inſula Lundbyholm, lectus d. 18 Aug. 1791.

— *campanulatus*, 1212, in pratis et ſilvis non infrequens; deprehenſus d. 18 Sept.

— *clypeatus*, 1216, in ſaltibus et locis uliginoſis paſſim; inventus d. 18 Aug. 1791.

— *muſcarius*, 1235, Flugſvamp, in paſcuis et ſilvis paſſim; viſus d. 15 Sept. 1791.

Boletus, *bovinus*, 1246, in ſilvis umbroſis frequens; in Auguſto obvius.

— *viſcidus*, 1248, in ſilvis rarior.

— *verſicolor*, 1254, in truncis quercuum ſilvae Thun inventus d. 27 Aug. 1791.

Hydnum, *imbricatum*, 1251, in ſilvis deſertis rarius. In ſilva Thun viſum d. 27 Aug.

— *tomentoſum*, 1269, in ſilvis aceroſis paſſim; eodem ac praecedens inventum.

Phallus, *impudicus*, 1261, in hortis oppidi rarius viſus poſt pluvias.

— *eſculentus*, 1262, Murkla, in prato Sundbyenſi non infrequens.

Lycoperdon, *Boviſta*, 1280, Kåaringſis in ſilvis, paſcuis et pratis paſſim; menſe Septembri obvium.

Mucor, *Eryſiphe*, 1292, Honninsdagg, in humulo aliisque plantis non rarus.

DISSER-

DISSERTATIO
DE
VSV MENYANTHIDIS TRIFOLIATAE.

D. 24. MAJI 1797.

RESP.

CAROL. JOH. KIELLMAN.

§. 1.

Nihil aequius eſt et ſapientiae regulis convenientius, quam ut indigenis gens quaelibet potiſſimum utatur felicioris vitae adjumentis, neque apud exteros majori ſumtu et labore quaerat, quae minori pretio et faciliori negotio domi poſſint comparari. Quotidie magna impenſa ab exoticis terris res innumerae petuntur, quas pares, ſi non praeſtantiores nobis ipſa praebet patria. Hanc viam Medicorum non pauci ingreſſi, medicamenta exotica, omiſſis in praxi indigenis, nimis ſedulo adhibuerunt; quo factum eſt, ut optima quaeque horum oblivioni ſint tradita, quaſi nihil utile, nihil praeclarum noſtro in climate produci poſſet. Exempli loco adferri poterit herba apud nos vulgatiſſima, ad paludes frequens, *Menyanthes trifoliata*, vel ut Pharmacopolis audit, *Trifolium aquaticum* l. *fibrinum*, quae virtutibus in medicina et oeconomia eximiis haud paucas exoticas antecellit. De hac igitur herba

herba efficaci et, ſi recte adhibetur, ultiliſſima, ſpeciminis Academici loco, nonnullas adducere lubet obſervationes.

§. 2.

Adumbratio Botanica.

In Menyanthide deſcribenda prolixitatem eo magis evitare licebit, quo notior haec eſt etiam rudioribus, et quo majori a Botanicis eximiis diligentia dudum eſt deſcripta. Vocatur *Menyanthes trifolata*. LINN. ſp. pl. 108 mat. med. p. 66. Syſt. Veget. per GMELIN p. 329. Ceteriſque ejus operibus; *Trifolium paludoſum* LOBEL. Hiſt. 496. *Trifolium paluſtre* BLACKW. Herb. t. 474. DODON. Pempt. 570. *Trifolium fibrinum* TILLANDZ Jcon. 157. Svetice dicitur *Vattu-våpling*, *Vattuklöfver*, *Mukkål; Getkål*, *Bläcken* etc. Adcuratiorem ejus deſcriptionem invenimus in Hiſt. Nat. et Pharm. Prof. Cel. D. P. G. BERGII Mat. Med. p. 90 ſeqq. Nos igitur non niſi pauciſſimas adponemus notas.

Habitat in Europae paludibus paſſim. Herba perennis. Menſibus Maji et Junii floret. Corolla hirſuta. Nectaria 5 ad baſin germinis. Stigma 2-lobum. Capſ. 1-locularis. Foliis ternatis, corollae laciniis margine integris, ſuperne barbatis, a reliquis ſpeciebus dignoſcitur. cfr. Flor. Dan. t. 541. Flor. Svec. p. 61.

§. 3.

Qualitas.

Succus herbae expreſſus, vel infuſum aquoſum foliorum, quae amariſſima ſunt, vitrioli martis ſubita nigreſcentia, adſtringentem produnt qualitatem. Ob amaritiem ſuam eximiam, nullo

nullo heterogeneo ſapore mixtam, medicamini huic merito adjudicamus qualitates, quas vix in remediis exoticis, etiam laudatiſſimis deprehendimus. Hac herba melius nota et uſu comprobata, facile ſumtuoſioribus exoticis carere poſſemus, e. g. Ligno Quaſſiae, Cortice Simarubae, Radice Columbae, Faba Ignatii, Cortice Caſcarillae.

§. 4.
Vires.

Inſigni gaudet vi haec herba roborandi ventriculum, varia ejus vitia tollendo, tam topica, quam remotiora, quae ejus ab labe originem ducunt, neque in tenacitate humorum infrigenda et in farctibus reſerandis reliquis in praxi hodierna uſitatis amaris cedit. Vices bilis mirifice ſupplet, digeſtione debili motuque periſtaltico langueſcente, fibris ventriculi et tubi inteſtinalis tonum reſtituit, ’όρεξιν excitat, putredini in ventriculo reſiſtit, atque acidum pluribus ex cauſſis collectum corrigit. Vim autem laxantem et emeticam herbae, a Villio aliisque, immerito additam eſſe exiſtimamus. Digeſtionem quidem promovet, non vero ſurſum nec deorſum evacuat. Quod ſi hic effectus apud debiliores vel delicatiores appareat, non immediate ſed mediate virtuti herbae eſt adſcribendum. Cui tamen fini obtinendo medicamina, quae habemus aptiora, longe praeſtat adhibere,

§. 5.
Uſus Medicus.

In *Scorbuto*, etiam quando in ulcera erumpit, vim ſuam exſerit eximiam Menyanthes. Praeſcribitur hunc in finem infuſum in cerevifia, vel ejus

ejus loco aqua, vel decocti forma epotum; atque externe, vel decocto aquoſo ulcera lavando, vel folia ejus recentia, ſive aqua macerata, circumvolvendo. Ruſticis in *Anglia* adverſus foeda exanthemata ſcorbutica, quibus verno tempore infeſtantur, ſuccus herbae expreſſus domeſticum praebet remedium.

Contra maculas a cancro, ſcabie, herpete et tinea relictas decoctum ſaturatum mirifice inſervit.

In *Haemorrhagiis* uteri, a laxitate fibrarum oriundis, tonum reſtituendo, atque modo ſtiptico agendo, egregium praeſtat uſum.

In *Hydrope*, imprimis illa in ſpecie, quae *Anaſarca* dicitur, ubi laxitatem nimiam inteſtinorum, pleruinque Diarrhoea habet locum, non tuto praeſcribi poſſunt remedia uſitata, Cremor Tartari et Scilla; ſed potius amara, e quibus noſtrum maxime ſe commendat.

In *Arthritide* Trifolium aquaticum in cereviſia coctum profuiſſe perhibetur, et folia aqua decocta loco adfecto adplicata calida aegrotis fuiſſe ſolatio. — Cum ſero lactis vim herbae ſalutarem in ſe ipſo expertum BOERHAVIUS narrat. Idem quoque ALSTON commemorat, ſed uſum hujus remedii, momento licet mitigantem, plura poſtmodum attuliſſe incommoda. Quod quidem verum. Huic enim remedio commune eſt cum omnibus amaris, ut eruptionem Arthritidis impediant, quo accidit, ut nutrimentum ſuperfluum, utpote vera Arthritidis cauſſa, ad viſcera nobiliora, maximo cum aegrotantis periculo transmiſſum, niſui naturae humores ſuperfluos ad partes a corde remotiores determinandi, ſit impedimento.

Ver-

Vermes ſemper apud illos generari ſolent, quorum organa digeſtionis ſunt debilitata, bilisque, debitis deſtituta qualitatibus, languet. Amara heic commendari merentur, quae in tubo inteſtinali actionum reſtituunt et meliora inter anthelmintica annumerari poſſunt. Haec etiam eſt ſententia Villii ſtatuentis, ſcrupulo pulveris Trifolii aquatici dimidio aut integro quotidie jejuno ventriculo, cum decocto herbae aut tenui cereviſia, dato, et hac medendi ratione per dies duodecim aut quindecim protracta, primis quidem diebus tormina, et quidem dira, ſine vermium excretione fuiſſe excitata; qui tamen diebus ſequentibus copioſe absque torminibus receſſerunt.

In *febribus intermittentibus*, magno etiam cum ſuccesſu, remedium hoc fuit adhibitum; ubi tamen illa, quae in uſu amarorum in genere obtinet, cautio eſt adhibenda, ut primae viae omni ab ſorditie et ingeſtis liberentur. Qua autem ratione hoc remedium, aeque ac reliqua amara febrim tollant, non facile indagatur. Forſitan reprimunt ſpasmos, partim agendo in fibras muſculares ventriculi, partim in nervos ſe cum ventriculo communicantes, primo in ipſo ventriculo, dein in tota corporis ſuperficie. Quo minus in partes a ventriculo remotas vim ſuam exſereret, vel abſorptio hic obtineret, repugnare videtur celerior ille medicaminis effectus, quam ex abſorptione exſpectare licet. Hujus remedii in febri quartana debellanda magnam ſe expertum fuiſſe efficaciam Villisius memorat. Odhelius, Darelli, Bergius, celebratiſſimi Medici noſtrates, idem ſibi contigiſſe teſtantur. Pauperioribus certe, qui corticem Peruvianum magno pretio ſibi adquirere non valent,

valent, hoc maximopere commendari debet medicamentum, quod in febribus nuperrime dictis regularibus, quae tempore autumnali plerumque graſſantur, omnino eſt praeſtantiſſimum. Ad ſaporem tum trifolii aquatici, tum corticis peruviani involvendum, vimque remedii augendam, ambo haec in maſſa pillularum combinari poſſunt.

In *Gaſtrodynia Atonica* uſus protractus Trifolii aquatici vel puri, vel cum ſale Ammoniaco martiali mixti magnopere eſt commendatus, atque cortici peruviano praeferendus. Praelect. cel. D. Prof. Acrel.

Circa uſum hujus remedii ac reliquorum Amarorum tamen eſt obſervandum, quod nec in morbis hecticis, nec in febribus inflammatoriis, nec in remittentibus biliofis, ubi adſunt ſigna gaſtrica et inflammatoria, nec in ſtatu graviditatis tuto adhiberi poſſit.

§. 6.

Methodus medendi.

Uſurpatur hoc remedium aut in forma Theae, vel infuſi coctione ſaturatiori praeparati.

Extractum aquoſum vulgo, vel ſpirituoſum Ph. Dan. p. 172 efficax eſt, et frequentem commodumque praebet uſum.

Eſſentia Ph. W. p. 87 in deſuetudinem venit et rarius noſtro tempore praeſcribi ac propinari ſolet.

In forma pillularum etiam dari ſolet medicamentum a trifolio noſtro paratum ab uno ſcrup. ad dimid. drachm. quotidie.

Succus expreſſus admodum validus eſt, nec niſi in caſu deſperato adhibendus.

Herbae Lib. IV dant Extracti aquoſi circiter unc. VI. *Tinctura ſpirituoſa* intenſius eſt amara, ejusque uſus ideo deberet eſſe frequentior,

In ſubſtantia optime herba noſtra praeſcribitur, modo organa digeſtionis non adeo ſint debilitata, ut ſine majori aegroti incommodo hoc fieri nequeat.

§. 7.
Uſus Oeconomicus.

Herbam valde licet amaram et quodammodo foetidam pecora tamen non repudiant. Tabidis ovibus aliisque pecudibus eximium hanc eſſe remedium traditur. Quin et ab hominibus, annonae preſſis caritate, in Weſtrobothnia, admixta portione farinae exigua, ex radicibus panis, etſi haud ſapidus, aliquando conficitur. Coctoribus cereviſiae folia lupuli loco inſerviunt, unde potui additur ſapor a cereviſia Anglica (Porter dicta) non multum diſcrepans. Modum, quo hunc in finem adhibetur Menyanthes, in *Novo Diaro Oeconomico* anno 1790, menſe Julii, ex narratione Angli cujusdam navarchae, adtulit D. Dr. S. LILJEBLAD, quam videſis. Plura, quae in hanc rem adferri poſſent, addere temporis anguſtia vetat.

DISSER-

DISSERTATIO
DE
OLEO CAIVPVTI.
PARS PRIOR.

D. 19. APRIL. 1797.

RESP.

JOH. GUSTAV. SOEDERSTEDT.

§. 1.

Negari quidem non poteſt, multa, quorum uſus etiam hodie viget, ſalutaria remedia Empiriae nationum vel maxime rudium et incultarum, ſuas debere origines. Incolae Americae meridionalis diu ſibi cognitam habuerunt eximiam Corticis Peruviani vim febrifugam. Diu Aſiam citeriorem incolens Circaſſica natio, Variolarum, feliciſſimo cum ſucceſſu, inſtituit inoculationem, et Opio ſuo perdilecto variae aliae nationes uſae fuerunt; fatendum tamen erit, quod praeſtantior cognitio plurimorum remediorum, qua vires et uſum ſagaciori ſcrutinio et adcuratiori experientiae Medicorum recentioris aevi ſit adſcribenda.

§. 2.

Oleum Cajuputi in officinis pharmaceuticis patriae diu quidem notum fuit, parum vero uſus eius huc usque celebratus ob caritatem nimiam,

 ob

ob oleum ipſum vel adulteratum, vel omnino ſpurium, et ob pauca cum genuino oleo inſtituta experimenta. Anno 1782. celeb. Dom Praeſes in Actis novis Acedemiae Scientiarum Stockholmeniis p. 223 caſus aliquot, utilitatem huius olei illuſtrantes publicavit, quos et ipſe et alii experientiſſimi Medici deinde confirmarunt, atque ulteriori experientia adauxerunt. Conſuluit nempe celeb. Dom. Praeſes varios experientiſſimos Practicos laude conſpicuos, qui eius in nos fuere amicitiae atque favoris, ut ſuas nobiscum communicare non refragati ſint obſervationes. Praeterea nobiliſ. Dom. Samueli Rosenstein, qui hanc materiam, ante aliquot abhinc annos, Diſſertatione Academica pertractere ſibi conſtituerat, atque plurium Practicorum celebrium obſervata collegerat, nobiscum benevole communicare placuit, quos de uſu et praeſtantia huius olei colligere potuerat caſus.

§. 3.

In praeſenti de Oleo Caiuputi diſſertatione noſtrum itaque non erit, vel tumidis nimium extollere laudibus, vel temere damnare huius remedii efficaciam, ſed potius experimenta, ſaniori praxi innixa, absque omni fere commentatione proferre.

Deſtillatione elicitur praeſtans hoc oleum e foliis arboris cuiusdam, Malaica lingua Caiuputi, id eſt *Arboris Albae* dictae, et ex inſula Banda per Bataviam, Javae urbem in Europam adſertur. E foliis deſtillari oleum extra dubitationis aleam poſitum eſt, cum et id omnium in Indiis teſtimonia dictitent, et e foliis in Belgium allatis oleum quoque deſtillatione elicitum fuerit.

§. 4.

§. 4.

Arbuſcula *Cajuputi* dicta, Botanicis *Melaleuca Leucadendra* audit, et in Syſtemate ſexuali methodo ſuperſtructo, potiſſimum ad Icoſandriae claſſem refertur, cuius praecipua ſunt Synonyma:

Arbor alba Cajuputi; Rumphii Herbar. Amboin. P. 2. p. 72. tab. 16.

Arbor alba minor; Cajuputi, Daun Kitjil, ut et *Caju Kilan.* Rumph. Herb. Amboin. P. 2. p. 76. tab. 17. fig. 1. 2.

Melaleuca Leucadendra: Linn. Gener. Plant. a Schrebero p. 332. Mantiſſa Plant. p. 14. 105. Spec. Plant. p. 676. Syſtem. Veget. per Gmelin, p. 1154. Supplem. Syſtem. p. 342. Houtuyn Naturl. Hiſtor. p. 2. vol. 3. tab. 15.

Creſcit in Amboina et Banda: in Java iuxta Bataviam in horto arborem vivam cultam vidit celeb. Dom. Praeſes.

Floret toto anno Spicis ſucceſſivis.

Caulis arboreus licet debilis et miſer, biorgyalis, craſſitie brachii humani, cortice albido et ſuberoſo, parum ramoſus.

Rami et *Ramuli* alterni, longi, cinereo-fuſcentes, glabri, folioſi, florentes penduli uti in *Salice babylonica*, de anno in annum longius excreſcentes ex apicibus florigerarum Spicarum.

Folia in ramis et ramulis alterna, ſubpetiolata, lanceolata, falcata, acuta, integerrima, tenuiſſime nervoſa, venis aliquot transparentibus, craſſiuſcula, ſempervirentia, oblique erecta, approximata, digitalia, ſemipollicem lata.

Petioli compreſſi, oblique torti, lineam longi.

Flores in ramulorum apicibus ſpicati, ſolitarii, duo vel tres approximati.

 Spica

Spica digitalis usque ſpithamaea, excreſcens in novum ramum continuatum, folia et flores gerentem, ut Spicae tandem pedales evadant, inferne fructus perſiſtens, medio folia gerentes, apice floriferae, filiformes, pendulae.

Perianthium 5-dentatum, margini germinis inſertum: *Laciniae* minimae, margine membranaceae, albidae, glabrae, deciduae, corolla breviores.

Corolla pentapetala, alba, decidua; *Petala* ipſi margini calycis inter lacinias alternatim inſerta, ovata, valde concava, vix ſemilineam longa.

Filamenta plurima, ſaltem 30, calyci inſerta, infima baſi in plura corpora ſubconnata, erecta, alba, corolla quadruplo longiora, unguicularia.

Antherae globoſae, flavae, minimae.

Germen inferum, concavum, villoſum.

Stylus unicus, filiformis, albus, curvatus, ſtaminibus longior.

Stigma ſimplex, ſubcapitatum, fuſcum.

Capſula ſubgloboſa, truncata, umbilicata, exſucca, villoſa, perſiſtens, ſaepe piſtillo perſiſtente coronata, 3-valvis, 3-locularis, 3-ſperma, magnitudine piperis.

Semina tria, parum cohaerentia, ſubgloboſa, trigona, alba, dura.

A ceteris ſui generis Speciebus diſtinguitur *foliis lanceolatis, falcatis, acutis, quinque-nerviis, ſpica elongata.*

§. 5.

Qualitas.

Oleum deſtillatum praeſertim recens tenuiſſimum eſt et admodum volatile, ſic ut poſt evaporationem nil omnino remaneat; adultum vero evadit paullulum unctuoſum. Fragrantiſſimum eſt,

eſt, Camphoram cum Therebintho mixtam redolens, et copia non nimia gratum. Colorem plerumque viridem habet amoenum, ut vulgo in Indiis venale obvenit, interdum etiam, licet rarius, album. Sapor initio frigidus, ut ex Mentha piperita, poſtea vero amaricans et calidus perſentitur.

§. 6.
V i s.

Antiſpaſmodica, carminativa, pellens et emmenagoga, ſummopere reſolvens, anthelmintica eſt.

Vim eſſe ſummopere *carminativam* ſatis ſuperque perſpexit exper. Dom. Doct. et Aſſeſſor Blom, ut in litteris ſuis d. 20 Febr. 1783 et d. 29 Aprilis 1784, ſignificavit, ſcilicet: Oleo hocce inſigni cum fructu uſus fuit in variis affectibus ſpaſmodicis ſine febre, Colica flatulenta, ſpaſmis hyſtericis atque ut praeſervans remedium contra febres contagioſas: Elaeoſaccharum vix deglutitum eſt, antequam incipiunt eructationes, odore et ſapore olei per plures horas ſeſe prodentes.

Ob vim carminativam et ſimul corrigens Laxantia excellentis olei Caiuputi, exper. Dom. Doct. Bladh ſaepius praeſcripſit uſum eius internum, praeſertim aegris debilioris texturae, e. g. in Colica hyſterica ex obſtructione atque aſthmate, idque ſemper inſigni cum fructu ſequenti formula:

℞. Infuſ. Sennae uncias binas et dim.
Aqu. foenicul.
Mann. Calabr.
Syrup. e Spin. Cerv. aa unc: dim.
Ol. Cajuputi gtt XII.
Kerm. miner. gr. j. Dr. Coch. j:

ſecunda vel tertia quavis hora. In *Cardialgia* vel ſaburrali vel ventoſa Rheo oleum admiſcuit, ſubque forma pulveris dedit. In morbo nigro (Melaena) ſaepe cum illo Camphoram trivit, usque dum inde pilulae formari poſſent, quae ad quatuor grana ſumtae, leviter ducere alvum atque vomitum tollere videbantur.

Vim anthelminticam plurimis inſtitutis experimentis indagavit celeb. Practicus Dom. Aſſeſſor BLOM, quorum mentionem injicit in litteris ad celeb. Dom. Praeſidem, d. 17. Januar. 1783 et 29. Aprilis 1784. datis. *Podura ambulans*, inquit, quae magna ſaepe copia ollas plantarum inhabitare ſolet, aeque ac *Acaris vermicularis*, ex halitu olei Caiuputi obrigeſcunt inſtar cornu, atque intra momenti ſpatium moriuntur. Si fruſtulum chartae oleo madidum inſectis admoveatur, momento quaſi ſuffocata pereunt. Anno praeterlapſo myriades Podurae ollas plantarum replebant, calamum ergo gallinaceum, oleo caiuputi repletum et obturatum, in medio ollae terrae intruſi, unde ita diſparuerunt animalcula illa, ut poſtea ne unicum quidem detegere potuerim. *Lumbrici* non odorem modo fugiunt, ſed oleo tacti contracti et rigidi moriuntur. Si in Vaſe Murrhino intra annulum oleo noſtro deſcriptum Lumbricus deponitur, momento citius ſeſe extendens fuga ſalutem quaerit, ſed oleo tactus citiſſime ſemet iterum contrahit atque ſerpentino motu dolorem intolerabilem prodit. Si vero aliquoties hoc modo oleum attingere pergit, tandem contractus et rigidus exſpirat. Quod Inſectis in genere inimicum ſit noſtrum Oleum, pro indubio habet Dom. Aſſeſſor BLOM. Praeteritis enim annis, narrat

narrat ulterius, cum Camera, ubi veſtes hybernae adſervabantur, eſſet exigua, depreſſa et parum ventis pervia, ſemper pellibus damnum intulerunt Inſectorum Larvae; quum primum autem Oleo Caiuputi veſtes conſperſae fuerunt, nihil omnino detrimenti ceperunt, in menſa licet, libero Inſectis aditu depoſitae.

Cum Oleum Caiuputi valde obſit noceatque Inſectorum variis generibus, perſuaſit ſibi celeb. Dom. Prof. Hellenius, non inutile omnino fore in curanda Scabie, Acaris ſuam debente originem. Pauca illa, quae hunc usque inſtituere potui experimenta, ſcribit in Litteris d. 14. Aprilis 1784, ſatis comprobarunt ſuſpicionem meam non vanam eſſe, ſed pauciora tamen haec fuerunt, quam ut in genere aliquid certi ſtatuere audem.

§. 7.

Uſus

Olei laudatus fuit in variis morbis, in Colica flatulenta, Dyſmenorrhoea, Paralyſi, Odontalgia, Varicibus ani, Rheumatiſmo, Arthritide, Chorea St. Viti, Raphania, Cathalepſia, Cophoſi, Otalgia, Herpete, Tuſſi, ceteris.

In *Cephalalgia* et *Hemicrania* externe Oleo Cajuputi feliciter uſi ſunt Dom. Doct. Bladh, celeb. Dom. Praeſes, et alii.

Herpetem ſaepe ſuſtulit oleum aliquoties inunctum. Diu laboraverat Herpete faciei filia celeb. Secretarii Dom. Wargentin, omnibus adhibitis remediis pertinaciter reſiſtente. Poſt vero quam illos, quos de Olei Caiuputi uſu, caſus Academ. Scient. anno 178-, miſerat celeb. Dom. Praeſes, perlegerat Dom. Secretarius, atque

atque hoc ipſo oleo Herpetem inunxerant, citiſſime inde et inexſpectato diſparuit morbus. Plurima deinde experimenta idem non modo confirmarunt, ſed etiam evicerunt, ſaepius non niſi unica opus fuiſſe, rarius iterata inunctione.

Cum oleo volatili iunctum oleum noſtrum et collo externe illinitum in *Tuſſi catarrhali*, levare invenit exper. Dom. Doct. Blaph, ingratam illam titillationem, quae diu alias permanere ſolet. Ut leniniem oleum quoque adhibuit idem cel. Practicus Holmenſis contra *Dysphagiam ſpaſmodicam*, quae febrim ſubſequebatur male curatam intermittentem, quaeque ob ſingularia ſua Symptomata, biennio abhinc (1784. in litt.) in Novellis Stockholms Paſten, deſcripta fuit. Uſu enim huius olei et ſimul Decocto aperitivo Haenii perfecte convaluit ager.

Plures *Dolore dentium* laborantes et celeb. Dom. praeſes, et nobiliſſ. Dom. Frietschy, ut in litteris d. 26. Martii 1784. ſcriptis adſeverat, oleo Cajuputi curarunt, Odontalgia ſive fuerit Rheumatica ſive a Carie dentium orta. Memorat quoque idem nobiliſſ. Vir. Dom. Doct. Forskahlium vim huius olei laudaſſe, atque in variis caſibus, imprimis contra Odontalgiam proficuam inveniſſe Exper. Dom Doct. Lund in Epiſtola ſua d 11 Octobr. 1784, teſtatur, ſibi contigiſſe in Odontalgia ſemel hoc oleo uti, eodem omnino modo, ac in actis Holmenſibus indicavit celeb. Dom. Praeſes. Miratus fui, inquit, dolorem ſatis cito diſparuiſſe, et iterum revertentem, oleo iterum applicato, ceſſaſſe. In odontalgia etiam proficuum oleum invenit celeb. Profeſſor Bergius, ut ipſe in literis d. 27. Sept. 1784, indicat.

Caſum

Caſum nobiscum communicavit admodum reverendus Dom. Paſtor BJERKANDER in ſcriptis ad celeber. Dom. Praeſidem, d. 8. Febr. 1784, litteris, *Tumorem* quendam oleo Caiuputi fuiſſe reſolutum et ſublatum. Narrat ſcilicet, tumorem ſibi fuiſſe in externa parte brachii dextri ſupra articulationem manus, magnitudine dimidia iuglandis, mollem atque intra cutem mobilem: tumorem hunc ſemel ruptum, dum materia ad digitos penetravit, et ſaponem atque Decoctum foliorum Salviae adhibita fuiſſe: poſtea vero iterum increviſſe eundem, et anno 1779, ſuadente celeb. Dom. Aſſeſſore ODHELIO, agaricum betulinum illi fruſtra impoſitum; praeterito autem auctumno, oleo Caiuputi inuncto, inde omnino diſparuiſſe.

DISSER-

DISSERTATIO
DE
OLEO CAIVPVTI.
PARS POSTERIOR.

D. 26. APRIL. 1797.

RESP.

JOH. HENRICUS OLIN.

§. 8.

In *Spaſmo* pertinaci et quoque *Spaſmis nocturnis* muſculorum pedis (gravidis foeminis ut et ſenibus infeſtiſſimo malo), qui etiam, ut videbatur. ipſum adgreſſi ſunt perioſtium, Oleum Caiuputi, cum levamine ſaepe inſigni. aliquoties tentavit celeber. Dom. Prof. Joh. Hartman. Litteris datis d. 14. Octobr. 1784.

In *Morbis Spaſmodicis* utilitatem haud exiguam Olei Caiuputi expertum ſe teſtatur practicus Metropolis exper. Dom. Doct. Bladh. Adſeverat in litteris ſuis, d. 1. Febr. 1784, ſe in *Epilepſia*, quae diutius duraverat, et quae etiam permanſerat, poſtquam aegra ex uſu Acidularum Saetrenſium maximam qua partem a Taenia ſua, quae morbum cauſſari ſuſpicabatur, liberata eſſet, magno adeo cum fructu praeſcripſiſſe olei gtt. XX, cum ſaccharo vel aqua ſumendas eo momento, quo ex ſolita aura frigida de inſultu admonebatur aegra,

aegra, ſic ut omnino abfuerit inſultus, vel ſaltem multo levior evaſerit, nec tam diu duraverit.

Propinavit etiam in *Syncope hyſterica* duodecim guttulas cum ſaccharo, unde paroxyſmus, ſaltim multum, remiſit.

Secundum methodum TREWII XXXVI gtt. dedit in febri intermittenti foeminae cuidam hyſtericae atque Spirituoſis liquoribus deditae, idque ante febris acceſſum. Febris quidem hinc non ſublata fuit, ſed gravem illam, quae febrim comitabatur, *Nauſeam* omnino removit, ſic ut poſtea Corticem peruvianum, quem antea ferre nequivit, facile ſumere valuerit. Saepius etiam idem clariſſ. Practicus eſt expertus, Oleum hocce *Vomitum tollere*, etiam dum Potio Riveriana ſub actu effervescentiae vomitum excitaverat. Foemina quaedam, ſummopere hyſterica atque ſimul Arthritide ad ventriculum repulſa laborans, nec medicamina ulla retinere valens, a potu Sennae cum Manna, adeo Hyſteria et Convulſionibus adflicta fuit, ut venenum ſe accepiſſe facile crederet. Eidem vero formulae additis aliquot olei huius guttis, remedium non modo bene tulit, ſed etiam ob excellens medicamen laetiſſima gratias egit. Alia *Convulſionibus* fere *epilepticis* ſimulque *Fluore albo* laborans ſtatim mihi indicavit, ſe nulla poſſe ratione preferre Rheum, quod plures dudum Medici, varia ſub forma, antea ſaepius praeſcribere tentaverant. Dedi, inquit Doct. BLADH, Elixirium antihypochondriacum ROSENSTEINII, cuius baſis eſt Rheum, guttulis aliquot olei Caiuputi mixtum, quod quidem non tulit tantum aegra, ſed ut ſanctuarium ſervavit, ingenue faſſa, etiam poſtquam

quam Rhabarbarum adeſſe cognoverat, ſe nullo alio remedio laxanti adeo valuiſſe. Etiam heic commonſtrari convenit, quod Oleum Caiuputi celet odorem Rhei, qui quibusdam ſubiectis graviſſimus ſit atque nauſeam movens. Per integrum iam annum a Convulſionibus liberata fuit, id quod tamen non parum adſcribendum eſt foliis Aurantiorum, quibus diu uſa fuit. In *Convulſionibus* oleum, cum Spirtuoſis et ſaponaceis potiſſimum mixtum, excellens invenit experientiſſimus Vir, D. Aſſeſſor Doct. Wåhlin, litteris die 7. Januar. huius anni datis; uti et Elaeoſaccharum in *Colica flatulenta* et *Paſſione Hyſterica* camphora multo efficacius animadvertit celeber. Dom. Prof. Acrel.

§. 9.

E litteris exper. Dom. Doct. Lund d. 24 Jun. 1784 miſſis edocti ſumus, in *Paralyſi* vi inſigni excellere oleum noſtrum. Verba haec ſunt inclyti Practici: Antequam laudabili cura celeb. Prof. Thunberg copia olei Caiuputi nobis facta fuit, ego quidem magno cum ſucceſſu, ſecundum monitum Dom. Cullen, externe uſus fui Petroleo, deinde vero ſaepius oleo Caiuputi, idque bis imprimis magno cum ſucceſſu, ſcilicet, 1) dum viro cuidam ex refrigeratione ſiniſtrum faciei latus paralyticum adeo evaſiſſet, ut ore torto loquendi facultate laboraret; 2) dum mulieri, poſt graviorem praegreſſam Cephalalgiam, et quidem cum Paralyſi linguae, idem accidiſſet incommodum. Adhibitis ante ſine ſucceſſu, pluribus aliis laudatis remediis, oleum Caiuputi adeo facili eventu in uſum vocavi, ut penitus convaluerint aegri. Secundo in caſu interne quidem ſimul adhibebantur flores Arnicae; tribuo autem

autem oleo Caiuputi ſanationis omne meritum, ſaepius ante in Paralyſi Arnicae vires inertes expertus.

Contra *Paralyſin* oleum praeſcripſit Doct. Bladh, ut eo membrum paralyticum illiniretur, ſcilicet hac formula:

℞. Olei Caiuputi drachm. unam.
Balſam. Peruvian. nig. drachm. dimid.
Spir. formicar. unciam unam.

idque inſigni cum emolumento.

Luxatos articulos quoque oblinendos curavit Dom. Doct. Bladh unguento ex nuper praeſcriptis et oleo Therebinthinae, atque oleo quodam expreſſo.

§. 10.

Nobiliſſimus Dom. Frietzky in litteris d. 26 Martii 1784 ad celeb. Dom. Praeſidem datis, indicat ſequentia. Poſtquam *Podagra* per ſex hebdomadas a menſe Novembr. 1782 laboraveram, oleo Caiuputi uſus ſum, et illico ſtatim inſigne ſolatium ſenſi. Januario menſe, ſub itinere quodam ſaepius dolore pedis et interdum pectoris adſectus fui, atque eo cum felici ſucceſſu oleum adhibui, ut menſe Februarii absque incommodo non ſolum Holmiam petere, ſed etiam poſtea per totam hiemen plura ſuſcipere potuerim itinera. Menſe Martii 1783 pedibus ſanus acerrimo dolore dentium, illo quidem, ex mea ſententia, arthritico correptus fui, quare oleum Caiuputi goſſypio ſtillatum denti carioſo intruſi, unde initio quidem dolor auctior evaſit, poſt tres vero dies dolor penitus diſceſſit. Menſe Octobris proxime praeterlapſo leviorem pedis ſentii dolorem, ita tamen, ut per biduum exire non potuerim;

rim; oleo autem in uſum vocato, poſt aliquot dies ex Holmia in Vermelandiam revertendi facultas mihi fuit. Suadente praeterea aliquo meorum amicorum, qui olei huius utilitatem a memet ipſo didicerat, Illuſtriſſimus Generalis ad Exercitum Svecanum atque Gubernator provinciae Oſtrobothnienſis D. Baro Cederstrom, oleum hoece contra Podagram, quae lecto incumbere aegrum coëgerat, adeo fauſto cum eventu adhibuit, ut intra octiduum et pedibus inſiſtere valuerit. Mercator quoque celebris urbis Gothoburgi Dom. Hall, Podagra laborans, olei Caiuputi uſu non modo in ſanitatem intra aliquot dies rediit, ſed etiam ita reſtitutus fuit, ut nundinis Chriſtianaehamenſibus interfuerit. Addit tandem: Certiſſime ipſe teſtari poſſum, Oleum Caiuputi Podagram mitigare, non vero repellere. Ipſe quidem pectus hoc oleo illinere non auſus fui, ſed quisquam amicorum meorum hoc tentavit, atque ſolatium inde ſentiit.

In Epiſtola, d. 15 Febr. 1784. miſſa, nobilis. Dom. Profeſſor et Eques Schulzenheim ſequentia adfert. Litteras de Oleo Caiuputi a fratre meo accepi, qui communi mecum experientia teſtatur, Oleum hocce ſine periculo et plerumque ſine ulla repulſione in alium locum, tumores *Arthriticos* reſolvere, atque denti applicatum vel pone aurem cuti illinitum, non modo minuere *dolores dentium*, ſed etiam pectori inunctum lenire dolorem atque *Pleuritidem nervoſam*, quam ſaepe Opium tollere non valuerit. Vicinus meus Generoſ. Baro Dom. E. G. Oxenstierna uſum huius olei in *Hemicrania* et *Fluxu oculorum* expertus, certiorem me fecit, ſollertiſſimum Mechanicum, Centurionem Domini Bru-

Brunian oleo palpebris illinito, atque linteo, oleo madido, ante oculos per noctem dependente, ſuorum ita corroboraſſe oculorum aciem, ut poſtea perſpicillis ei opus non fuerit.

Experientia quorundam celeberr. Medicorum indicare quidem videtur, non innocue omnino vel absque omni ſemper periculo ad debellandam Podagram et Arthritidem, oleum Caiuputi parti fuiſſe inunctum dolenti. Scribit Dom. Doct. Lund die 24 Jun. 1784, ſe quoad Arthritidem, a ſententia celeb. Praeſidis diſcedere eſſe coactum. Veriſſimum quidem eſt, pergit ulterius, et dolorem et tumorem brevi evaneſcere, mox vero alium occupare locum, non raro multo periculoſiorem, Biga caſuum hoc mihi perſuaſerunt, in altero eorum dolor atque tumor dextram eiusque articulationem, in altero autem humerum ſcapulamque occupaverat. Ab utroque ſtatim dolor et tumor ecquidem receſſerunt, ſed uterque aegrotus deinde Febri, oppreſſionibus pectoris, nauſea atque doloribus ſtomachi laborabat, quibus ſymptomatibus non ante fuit liberatus, quam ad extremitates materia arthritica revocata fuerit. Poſtea autem hoc oleo eas ob rationes contra dolores arthriticos cum tumore uti auſus non fui, neque Oleum hocce ſubtiliſſimum calidum atque penetrans unquam interne, ne quidem ut corrigens ſub alia formula propinare, licet illud interne alios celeberr. Medicos dediſſe audiverim. Narrat quoque maxime reverendus Dom. Theologiae Adiunctus Sam. Oedmann per litteras, generoſiſſimum Lib. Baronem atque Claſſis Svecanae praefectum Dom. Cederstroem oleo Caiuputi, ſuae ut mederetur Podagrae, uſum fuiſſe, unde non ſine periculo materia podagrica bis fuit repulſa.

§. 11.

Cum Profeſſore ac Equite Thunberg in eo omnino, experientia eductus, convenio, quod vis Olei Caiuputi *doloribus rheumaticis* excellens ſit remedium, quod externe illinitum dolorem mitiget, et ſi nimis malum non inveteraverit, etiam tollere, in litteris ſuis ſupra citatis, indicat beate defunctus Practicus Hoſmenſis, Dom. Doct. Lund. Idem etiam in litteris d. 7 Jan. 1797. datis teſtatur celeb. Practicus Dom. Aſſeſſor Wahlin, ſignificans ſimul, quod in Rheumatismo cum febre, atque ubi cruſta inflammatoria ſanguinis adſuerit, remedium hocce non commendandum. Ceſſato vero ſtatu phlogiſtico, adiicere lubuit celeb. Dom. Profeſſori Acrel, ut eximium ſtimulans ab augendam abſorbtionem e loco prius inflammato, non poſſumus non, quin iuſta laude commendemus.

In *doloribus rheumaticis* et ſpeciatim in *Odontalgia*, externe uſitatum Oleum Caiuputi, praecipue efficax invenit celeber. Metropolis Practicus Dom. Aſſeſſor Odhelius, ut ipſe teſtatur in litteris d. 11 Octobr. 1784 ſcriptis. Adſeverat Vir illuſtris oleo indolem ineſſe in nervos agendi propriam, ſenſu quaſi frigido et irritanti.

Oleum cum linimento volatili mixtum efficax invenit Dom. Doct. Bladh in *Rheumatiſmo* et *Pleuritide ſpuria*, atque praemiſſis praemittendis in ipſa *Pleuritide inflammatoria*. In *Pleuritide ſpuria* externe inunctum oleum Camphora longe efficacius invenit nuper laudatus, et illuſtris Practicus Dom. Aſſeſſor Wahlin, id quod etiam Medic. Pract. Prof. Upſal. celebratiſſimus Dom. Doct. Joh. Gust. Acrel perhibet, ſe ſaepius exper-

expertum eſſe, qua propter; inquit, *loco Linimenti volatilis cum Camphora*, alias in Pleuritide uſitata, ubi res anguſta domus non negaverit, oleum noſtrum ſemper commendavi.

§. 12.

De vi et efficacia Olei Caiuputi in *Inflammationibus Oculorum* caſum communicavit Dom. Aſſeſſor Blom, in epiſtola d. 5 December 1782, ad celeb. Praeſidem data. Perlecta, inquit, diſquiſitione tua, Reg. Acad. Scient. Stockholmenſis Actis Novis inſerta, de oleo Caiuputi agente, ſine mora vim huius medicamenti expertus fui, adplicando illud filiae meae, ſex annos natae, quae tenaciſſima *Ophthalmia humida* ultra anni ſpatium et *Blepharotide* ambobus promiſcue oculis laborabat, quo morbo adnata oculi tunica fere ſemper inflammata fuit. Omnibus mihi cognitis remediis absque omni fere fructu antea uſus fui, mundificantibus, ſcilicet, purgantibus, veſicatoriis et per aliquod tempus in altero brachio cortice Mezerei, Collyriis inſuper et Cataplasmatibus varii generis. Iam vero ante octiduum adhibito Oleo Caiuputi, methodo in Actis Holmenſibus deſcripta, non modo inflammatio ſtatim et intra biduum minuebatur, ſed etiam puſtula, quae in adnata membrana ad pupillam extendere inceperat penitus disparuit. In alia epiſtola, d. 29 Aprilis 1784, adſerit idem celeb Practicus. Oleum hocce in *Inflammationibus Oculorum, Odontalgia* et *Doloribus rheumaticis* interdum levamen adferre, non vero ſemper remedium eſſe indubium. Filia mea, de qua antea ſcripſi, inquit porro, diuturniori *Ophthalmia eryſipelacea* laborans, initio aliquoties vim excellentem huius experta

 fuit,

fuit, quod quidem poſtea morbum recurrentem non aeque feliciter tollere valuit.

Caſum nobiscum communicavit Dom. Doct. Bladh, ubi et externe et interne oleum cum fructu praeſcripſit, ſcilicet: Hyſterica, cui ante oculos variae obvolitare videbantur imagines, cum Colica alternantes, ſumſit infuſum Sennae, cum Oleo Caiuputi mixtum, et externe oculis halitum Olei admovit, unde morbus uterque felici cum eventu evanuit. In *Ophthalmia ſicca* et *chronica* halitum olei noſtri inflammationem reſolvere invenit Dom. Aſſeſſor Wahlin. Praeterea egregium certe hoc oleum *carminativum* eſſe atque *flatus colicos* et *hyſtericos pellens*, alios a ſumpto purgante Sennato cruciantes, experientia ſua teſtatur celeber. Dom. Prof. Acrel, quocirca etiam hic Practicus celebratiſſimus exiſtimat, infuſioni Sennae aliquot guttulas huius olei rectiſſime addi debere.

§. 13.

Singularem certe caſum habuit b. m. Dom. Profeſſor P. I. Bergius, quem nobiscum in litteris ſuis d. 27 Sept. 1784 benevole communicare voluit. Verba eius haec ſunt. Vocatus fui ad foeminam, quae *Varicibus haemorrhoidalibus* magnis atque adeo dolorificis excruciabatur, ut ne fomentationes quidem perpeti poſſet. Eiusmodi in caſibus antea ſaepius Varicibus impoſueram petala Liliorum alborum, qualia in Pharmacopoliis extant, oleo infuſa, ad emolliendos tumores, ut poſtea aliae fomentationes imponi poſſent. Hic vero iſtud non ſucceſſit, neque aegrae perſuadere potui, ut admitteret hirudines. Suaſi itaque, ut ipſa, oleo Caiuputi extremo digito excepto, Varices inungeret. Inde initio inten-

intenſiorem in Varicibus ſentiit dolorem, mox autem inſigne levamen, adeo ut poſt aliquot dies pultem Saturninam admittere poſſet, atque feliciter ſanaretur.

§. 14.

In *Punctura tendinis*, quod non contemnendus ſit uſus huius olei volatilis, monſtrat caſus, quem in litteris ſupra citatis nobiscum benigne communicavit Vir aetate atque experientia clariſſimus, Dom. Aſſeſſor WAHLIN. Sub Venae ſectione pedis, inquit, ut punctura nervus adeo laederetur, ut intra paucas horas, cum dolore intenſo, convulſivi motus non modo pedem, ſed etiam integrum latus excruciarent. Inuncto autem Oleo Caiuputi calefacto ſymptomata ſtatim ceſſarunt.

§. 15.

In *Doloribus infantum a Vermibus*, quum aut motibus convulſivis luctarentur, aut iisdem minarentur infantes, ſaepe expertus eſt celeb. Dom. Prof. ACREL, Oleum Caiuputi omnino praeſtantiſſimum eſſe remedium. In hoc vere difficili atque moleſto caſu, inquit idem ille experientiſſimus et illuſtris Vir, dum infantes ad deglutiendum aliquod allicere non valemus, iuvat goſſypio Caiuputi madido fomentare circa umbilicum, unde dolores illico evaneſcunt. Veteres practici magis dediti erant Anthelminticorum uſui externo, quam noſtri aevi Medici, et fortaſſe graviter peccaremus, ſi eorum uſum, praeſertim infantibus, negligeremus. Puerulus quatuor annorum, pergit celeb. Prof. ACREL, per vomitum eiecit vermem (Aſcaridem lumbricoidem), quo facto in *Ecclampſiam* primum incidit, deinde *Triſmo* fuit exagitatum, et tandem

in agone mortis conſtituti homines faciem prae ſe tulit. Omnibus aliis remediis fruſtra in uſum vocatis, curavi ut totus quantus ventriculus Oleo Caiuputi fuerit goſſypio madido inunctus atque frictus, unde ille, qui per quatuor horas in agone fuerat, poſt dimidiam horulam revixit. Dein Emeticum illi datum fuit, quod effectum quidem habuit, nullus autem conſpiciebatur vermis. Tandem binos poſt dies ab eo extrudebantur tres aſcarides lumbricoides, adhibito Infuſo Sennae, atque penitus ſalutem recuperavit.

Praeterea has quoque ſuas obſervationes nobiſcum communicare placuit celeber. Dom. Profeſſori Acrel, nimirum: In *Ecclampſia*, inquit, infantum a ſordibus primarum viarum, ab incongruo nutrimento matrum aut nutricum iracundo animo vel terrore, cito reſtituuntur infantes, ſi guttulae quaedam huius ſaepiſſime memorati Olei molliori inſtillantur linteo, quod ſcrobiculo cordis imponitur, id quod ſaepius expertus ſum; poſtea vero Rhabarbarinis remediis ſufficienter utendum eſt, quum primum infans deglutire valet.

DISSER-

DISSERTATIO
DE
MOXAE ATQVE IGNIS
IN MEDICINA RATIONALI
VSV.

D. 24. MAJI 1788.

RESP.
JOH. GUSTAV. HALLMAN.

§. 1.

Quo hebetior Medico cuique naſus eſt, eo utique minus experimentorum fallaciam olfaciet, verum nubem, ut dicunt, pro Iunone amplectetur, nugas quascunque aniles ore garrulo incaute repetet et cramben ſemel atque iterum recoctam propinabit, quo ſcilicet ipſum rapuerit ſcribendi prurigo, delatus hoſpes. Haec forſitan, vel huic non valde abſimilis, ratio in cauſſa eſt, cur in Medicinam irrepſerint obſervationes tot, partim dubiae, partim minus fidae, partim etiam prorſus fallaces et tot medicamenta, incerti vel nullius uſus, iam incongruenti, iam quoque ridicula, pro lubitu fere, adpellatione ſalutata, in tabulas Medicorum relata ſint. Ut enim de his nihil dicam, qui in muſeorum receſſu Morborum Hiſtorias conflant et pro veris venditant, vel de illis, qui etiam veriſſimas ita referunt ex-

 plicant-

plicantque, ut praeiudicatis opinionibus faveant, alia eſt etiamnum deterior, nec minus vituperanda, caterva Medicorum, qui, nec experientiae nec ſanioris iudicii face illuminati et ſempiterna ponentes tirocinia, nil oculis uſurpant niſi novitates et miracula, quas deinde, laborioſa caſuum ſimilium ſerie intextas et quovis eruditionis peregrinae apparatu ornatas, narrant mirabundi; quin et eo usque interdum procedunt imprudentiae, ut, ſi ſcribendi materiem negaverit obſervationum penuria et imaginatio torpens, occaſionem quamcunque, qualem ſcilicet ſubminiſtraverit ſors iniqua, laeti arripiant, et, dum plures obſervationes inter ſe comparare nequeunt nec adcuratioris examinis remoram facile patiuntur, vel ex unico tantummodo caſu morborum naturam atque curationes diiudicent et methodum illam, quam obtulit ſors vel ſuaſerunt praeſumtae opiniones vel demum commendavit Auctor dilectus et quae felici ſtipata fuit ſucceſſu, optimam omniumque praeſtantiſſimam irrevocabili conditione et quaſi ex tripode pronuncient. Quemadmodum enim iſte ratiocinandi modus a recta illa atque ſatis plana Philoſophorum via, qua ad inveſtigandum et indagandum verum tutiſſime itur, valde abhorrret, ita etiam rem medicam, quae ſi quodnam habet, uti certe ſummum habet, decoris, id omne a perſpicuitate, fide atque certitudine mutuabit, mirum in modum perplexam reddidit atque incertam. Ab eo enim tempore, quo praevalere incepit iſte ſcribendi furor vanaeque gloriae cupido, eo usque increvit acervus Obſervationum Medicarum, ut iam mole laborent ſua et non tantum tironem, niſi caute eas habere mox didicerit, facile perterreant, verum etiam doctiſſiimi cuiusque ſagitatem exerceant eludantque,

que. Quo quidem factum eſt, ut Medicina inde a tempore ſummi HIPPOCRATIS, qui non niſi nudas, eas vero utiliſſimas retulit obſervationes, ſi vel inſignes, tamen vix tantos, quantos ceterae ſcientiae, quae Practicae dicuntur, fecerit progreſſus. Nec ſperare licet futurum eſſe, ut unquam ad culmen certitudinis, culturae atque dignitatis prius perveniat, quam ab immenſis illis opinionum commentis fuerit repurgata et experimenta rite inſtituere et convenienter naturae atque ſanae rationi, iuxta leges, quas detexit recentiorum phyſiologorum indefeſſa opera, explicare didicerint artis ſalutaris cultores.

Ne vero quis haec de clarorum Virorum conaminibus, non temere calumninandis, nimis acriter dicta exiſtimet, Lectorem benevolum monitum volumus, quod tantum abſit, ut cenſores vel obtrectatores agere praegeſtiamus, ut potius, ſi vel non prorſus coeca, tamen haud levi veneratione proſequamur eos, qui in illuſtranda Arte Medica operam quandam collocant et gloriam eorum eludere religioni ducamus, verum dum in eo fuimus, ut de uſu Moxae vel, idem fere eſt, de vi ignis in corpus animalium atque eius ad curandos morbos uſu diſſereremus, nobis ſingula perlegentibus tanta ſeſe obtulit de hoc argumento opinionum diverſitas, ut abs nobis impetrare non potuerimus, quominus ſaltem profiteremur, id valde ſingulare nobis adparuiſſe, quum res ipſa, uti quidem nobis videtur, admodum ſimplex eſt atque plana Nec facile erit dictu, cur tot atque tam ſingulares igni adtribuerint virtutes eumque, quod adhuc magis a veroſimili abeſt, ſpecifica quadam, ut vocabulo illo ſatis barbaro utamur, in quibusdam mor-

morbis gaudere vi crediderint, dum ignis, ut poſt haec demonſtrabitur, nihil aliud eſt, quam ſtimulus isque omnium ſimpliciſſimus.

Ne vero quis fortaſſis nobis vitio vertat, quod in deplorando Medicinae ſtatu nimis multis verbis ſimus commorati, ad ea quae in hac Opella tractabuntur, de ignis, ſcilicet, et Moxae in Medicina rationali uſu, iam revertimur. Prius vero quam ad explicandas opiniones noſtras nos accingimus, Lectorem benevolum etiam atque etiam rogatum volumus, ne ea quae proferre nobiscum propoſuimus, ſi a receptis opinionibus aliquantum diſceſſerint, male interpretetur vel nobis, ceu otioſis novitatum machinatoribus, omnes diras imprecetur, verum aequo animo ſingula penſitet, nosque ea proſequatur benevolentia, quam nos veri amore atque ſtudio, quibus ducimur, meruiſſe ſuſpicamur vel ſi noſtra dicendi ratio rudior atque inculta palato, cui callum obduxit longa cibi delicatioris conſuetudo, minus grata eſſet atque accepta.

§. 2.

Barbarae gentes fere omnes, uti itinerum deſcriptiones abunde loquuntur, ignem, tam ornamenti gratia, quam ad praecavendos et debellandos morbos vario modo corpori admovent, nec apud politiores ſua caret laude atque celebritate. Longe tamen frequentiſſimus eius eſt uſus apud nationes, quae regiones trans Gangen ſitas incolunt, Sinenſes inprimis et Iaponenſes. Hi peculiari prorſus ratione aduſtiones inſtituunt, quae a remotiſſimis inde temporibus inter eos invaluit, quaeque deinde, non tantum ad vicinas gentes transmigravit, verum etiam ab Europae Medicis fuit recepta. Materiem, qua ad inurendum

dum utuntur, MOXAM appellant. Hanc ex *Artemiſiae vulgaris* foliis teneris, initio menſis Iunii collectis, per multum tempus in aëre libero ſuſpenſis atque exſiccatis, dein vero piſtillo quodam in ſtupae rudioris mollitiem contuſis atque a fibris durioribus et recrementis quibuscunque probe purgatis, parant. Quo quidem artificio lanugo obtinetur inſignis teneritatis, ignique concipiendo aptiſſima, qui etiam admiſſus lentius et deflagratione minus conſpicua ſerpit, usque dum totum in ſavillam abeat. Lanuginis Artemiſiae loco alii panno goſſypino vel iunci medulla oleo Seſami imbuta vel, ut inter Europae Medicos conſvevit, ipſa Goſſypii lana utuntur. Ipſa vero uſtio hac fere ratione inſtituitur: Stupae artemiſialis portio digitis aptatur in conum tres, et quod excurrit, digitos altum totidemque fere ad baſin latum, quem deinde in ima parte, quo cuti adhaereat, ſaliva madefactum loco inurendo imponunt et faſtigium, virgula quadam ardenti, quam Iaponenſes *Senko* vocant, accendunt. Turundam tum lente depaſcit ignis, quo ſub primum gratus calor, dein vero dolor ſenſim ingraveſcens ſentitur, usque dum ad cutem pervenerit aeſtus, iam eo intolerabilior, quo gravius a contactu ipſius ignis adficiuntur partes ſubiectae. Hicce adurendi modus id inprimis ſecum commodi habet, quod illo, qui ferro candenti fit, minus ſit terribilis, nec tamen minori ſe commendet utilitate atque efficacia.

De eligendis locis adurendis non parum ſoliciti ſunt Iaponenſes et Sinenſes, eaque probe noſſe faſtigium doctrinae pyroſophicae cenſetur, quapropter etiam illa in tabulis impreſſis exponunt. Ea vero loca eiusmodi potiſſimum ſunt,

per

per quae, ut ſatis quidem ſimpliciter etiam noſtro tempore ſibi perſuadent nonnulli, materia peccans, ut dicitur, a parte adfecta avocata, extrahi poſſe creditur. Hinc uti nec ſexui, nec aetati, nec habitui corporis ulli, ita etiam nulli fere parti parcunt. Omnium vero frequentiſſime dorſum idque prope ſpinam adurunt, unde illud foedis cicatricibus obſitum quam ſaepiſſime habent hae nationes, idque eo minus mirum eſt, quum numerus Moxarum nulla artis regula, verum aegri fortitudine ſola definiatur. Tendines tamen, nervos atque venas, quas viſu vel tactu explorant, ſollicite evitant, ut etiam ſuadet Celsus, nec pluvioſa vel humida et aeſtuoſa aut gelida tempeſtate uſtiones inſtituunt, verum diem ſiccum, ſerenum atque modice calentem eligunt. Ulcera ab aduſtione orta deligenter inſpiciunt Chirurgi, *Tenjaſi* dicti, quia loca adurenda palpantur, quae ſi ſicca adparuerint, id malum atque naturae debilis indicium ſcite admodum iudicant et tum cepas contuſas ſuperimponunt, ut promoveatur ſuppuratio, ſin minus tamen oleo ſtigmata quotidie inungere non omittunt, ut puris effluvium citius adveniat. Quum manca admodum ſit atque confuſa harum gentium, tam rerum naturalium in genere, quam inprimis corporis humani cognitio nec valde ditis medicamentorum ſyllabus, omnium fere remediorum locum tenent aduſtiones, quamobrem enumeratione morborum, in quibus eas adhibent, tamquam taedio plena et. his praeſertim temporibus, quibus utilitatem ignis aequa lance ponderare didicimus, inutili ſuperſedemus. Id tamen obſervare convenit, quod uſtiones tam ad praecavendos morbos inſtituantur, unde etiam ſingulis fere ſemeſtribus corporis quendam locum,

turundis minoribus atque rarioribus, inuri curant calidarum regionum incolae, quam ad profligandas varias infirmitates, tum vero inſigniores atque frequentiores fiunt. In Arthritide eiusque progenie Podagra, Iſchiade et capitis adfectionibus chronicis variis, longe celebratiſſimus eſt Moxae uſus et praeterea in omni morbo, in quo, ut aiunt et peſſime aiunt, vapor quidam detentus continui ſolutionem, dolores et actionis laeſionem parit.

Haec de Moxae apud Sinenſes et Iaponenſes uſu dicta ſunto. Quae vero de his propoſita ſunt, tam ex Kaempfero atque aliis, qui Indiam viſitarunt hauſimus, quam ex ore illuſt. Praeſidis, cui longa apud Indos commoratio bellam admodum, nec utique neglectam, praebuit occaſionem in mores eorum atque conſuetudines inquirendi.

Ab eo inde tempore, quo primum innotuit iſte Sinenſibus atque Iaponenſibus familiaris adurendi modus, tanta ſe commendavit commoditate, ut ceteris omnibus, qui ferro candente vel alio quovis modo, viſu quidem quam actu terribiliores, antiquitus fiebant, palmam facile praeriperet. Hinc apud Gallos, ſuadente inprimis celeb. Pouteau, Anglos, Germanos et etiam in his regionibus increbuit Moxae uſus, licet absque diſcrimine, ut Indiae populi, eam non adhibeant Medici noſtrates et loco ſtupae artemiſialis lanam goſſypinam vel ſpongiam praeparatam ſumant.

§. 3.

Quinam ſint effectus ignis corporis cuidam parti admoti, iam explicari iubet inſtituti ratio. Heic autem, et quidem ſemper, quum de modo, quo

quo corpus noſtrum adficiunt res externae, ſermo eſt, probe caveri oportet, ne nos fugiat magna illa, quae materiam viventem inter et mortuam intercedit, differentia; quae quidem admonitio ſupervacua eſſet, niſi Medicos in hoc vitium valde pronos animadverteremus. Ad id enim non ſatis adcurate attendunt, quod materia vivens non prius ad leges mortuae revertatur vel eadem ratione qua haec adliciatur, quam vita penitus fuerit orbata. Hinc ea quae de vi ignis nexum corporum ſolvendi, quo particulae elementares tandem remanebunt, loquuntur, licet ubi de materia mortua ſermo eſt, ſatis belle ſe habeant, vix tamen in explicandos effectus, quos corpori vivo admotus exercet quadrabunt. Qui enim rem, de qua iam agitur, attentius fuerit rimatus, facile perſpiciet, calorem et eius collectam vim, quae ignis vocatur, nihil omnino aliud facere, quam ſolida viva ad agendum invitare vel agentibus calcar addere, ſicuti, et quidem inverſa ratione, actionem eorum minuit, quod huic e diametro oppoſitum eſt frigus; verum ambo, ille nimis urgendo, hoc nimis infringendo agendi poteſtatem, eam usquequaque iugulare poſſunt. Calor vero, quo corpori noſtro opus eſt, duplex obſervatur: Alter *internus*, vitae fons vel ſaltem fomes cenſendus, intra corpus ignoto negotio paratur vel fovetur, gradu vix variat niſi in ſuperficie et extremis artubus, calore externo, exercitatione, aëre puro et ſtimulis quibuscumque egregie refocillatur, licet; *externus* alter, immenſum quantum gradu differre poteſt absque ullo detrimento, prout ſcilicet calor internus victu, cultu vel motu fuerit ſuſtentatus. Hic vel materiae, iam minus, iam quoque magis, illo imbutae, vel etiam ardentes, in uſus medicos varios

varios vocantur, eo inprimis conſilio ut promoveatur ſolidorum actio. Quum vero cuti admovetur ignis, id primum gratum eſt, deinde iniucundum, tum acerbum, poſtremo intolerabile. In loco autem, quem adgreditur, haec fere obſervantur: Primum turget, nam maiorem humorem copiam ad cutem appellunt vaſa incitata; deinde rubet, quoniam plus ſanguinis rubri, quem iam transmittunt vaſa minora fortius agentia, illuc defertur; porro epidermis in bullas ſurgit, quum maior fluidi portio adveniat, quam quae per cuticulae oſtia facile exſudare poteſt; tum, et quidem continuata uſtione, a nimio ſtimulo ſenſim iugulantur ſolida; poſtea omnes illas mutationes, quas materiam quamcumque mortuam admoto igne ſubire notiſſimum eſt, experiuntur, avolat nimirum aqua, conſumitur pingue, nexus ſolvitur; tandem nihil niſi carbo vel cruſta atra remanet. Hae in parte aduſta apparitiones, quarum iam plures iam pauciores, pro vehementia caloris et duratione adplicationis adeſſe, vix quod moneatur neceſſe eſt, evidenter admodum oſtendunt, ignem eadem ratione qua omnes res irritantes, ſolida viva tantummodo ſtimulare, unde oritur inflammatio, nec prius vim corpora quaecumque in particulas quibus efficiuntur ſolvendi exercere, quam ſublata eſt vis vitae, quae ut nulli fere materiae communis ſive mortuae legi pareamus, ſola efficit et adverſus iniurias optimum praeſidium eſt. Praeter vero haec, quae in loco aduſto fiunt, ſimul totum corpus adficitur, idque eo gravius, quo maior vel diuturnior fuerit uſtio, eaque, quae ſtimulum quendam corpori moleſtiam adtuliſſe indicant ſymptomata in conſpectum prodeunt.

Haecce

Haecce effectuum ignis corpori admoti, qua nulla ſimplicior, explicatio vehementer nobis arridet, nec illam, utpote valde fundatam et experientiae atque ſanae rationi conſentaneam, facile infirmabunt hi, qui, nulla omnino vitae habita ratione, iuxta leges mechanicas, phyſicas et chemicas, varia illa, quae in corpore animali ſe offerunt phaenomena, irrito tentamine explicare conantur.

§. 4.

Ex iis, quae in ſuperiori §. de effectu ignis corpori admoti propoſuimus, liquidiſſime conſtare arbitramur, quibus in morbis commendandus ſit atque utilis. Eum quoque Medicorum filii iam temporis varios in fines adhibent, quorum praecipui hi ſunt: 1) ut ſtimulo ſuo actionem ſolidorum inertium excitet vel torpentium incitet. Hinc et quidem ubi inertia reperiuntur ſolida, ut in paralyſi quacumque, valde proſunt aduſtiones, iis inprimis in locis, ubi ex capite vel medulla ſpinali prodeunt nervi partem adfectam adituri, inſtitutae. Eas ſummo cum emolumento in paralyſi artuum inferiorum adhibuit cel. Pott et in veſicae cel. Pouteau, ut alia exempla ſatis frequentia taceamus. Unicum tamen adferre liceat. Aeſtate anni praeterlapſi acidulas Medevienſis adiit mulier quaedam, quid valerent aquae minerales eius loci tollendam paralyſin linguae, qua laborabat, quaeque, niſi valde fallimur, a febre mali moris ortum ducebat, tentatura. Aquam quidem per tempus ſorpſit, verum quum haec nihil omnino proficeret, moxam pone ſingulam aurem adplicari curavit celeber. Aſſeſſor Wahlin, eius loci Medicus experientiſſimus, quo factum eſt, ut altero ab aduſtione die iterum loqui

loqui inciperet, tandemque liberrimum linguae uſum recuperaret. Nec vi ſua irritandi minus valet ignis ad incitandam actionem ſolidorum torpentium. Hinc ad emendandam ſuppurationem ulcerum maligniorum non parum iuvat, quod iam pridem aſſeveravit cel. FAVRE et experimentum in Noſocomio Academico nuperrime inſtitutum confirmavit. In oedemate quoque crurum diuturniori, ubi languet abſorbentium vis, illam egregie incitant ſtimulantia quaecumque et ignis caute adhibitus. Nec aliud magis ad rem facit, ut reſorbeatur lympha inter ligamentorum laminas effuſa in genuum fungis et illa inprimis ſpecie, quae Anglis *White Swelling* audit, quam cauteria ab utroque latere genu admota. Etiam in iis tumoribus, qui in peſte vel poſt febres malignas metaſtatice, ut dicitur, oriuntur, aduſtione uti non alienum eſt, quo ſcilicet promoveatur ſuppuratio lentius ingruens et ne in gangraenam, quod facillime accidit, abeant. Id vero quantum fieri poteſt citiſſime eſt faciendum, ſin minus vel ſerum vel ſupervacuum id auxilium erit. Nec quoque uſtiones in ea ſpecie gangraenae, quam febres peſſimae cauſſantur, prorſus inutiles facile iudicabit, qui illam, ut quidem eſt, a defectu virium ortam exiſtimaverit. 2) Ut vice perfungatur ſtimulorum quibus antea adſuetum fuit corpus, qui vero iam cauſſa quadam fuerunt ſublati. Hinc ſi eruptiones quaedam cutis, vel tumor extremi artus, arthritide laborantibus familiaris, vel ulcus vetuſtum vel alius quidam morbus externus opinione citius diſparuerit et graves inde ortae fuerint turbae, tum, niſi ſucceſſerint irritantia leniora, uſtio ſatis tuto atque valenter fit, vel in loco prius adſecto, vel qua commodiſſime fieri poteſt. 3) Ut vi ſua ſtimu-

ſtimulanti fortiori tollat effectum ſtimulorum debiliorum, qui dolores vel motus inordinatos muſculorum vel demum alias calamitates gignunt. Quomodo fiat hoc, quod quidem fieri nemo negabit, difficillimum eſt dictu. Interim tamen huic uſui prae ceteris inſervit ignis. In Rheumatiſmo itaque et praeſertim illo, qui chronicus dicitur, et ſine febre eſt, nec non in aliis eiusdem naturae corporis affectionibus, uſus aduſtionum vehementer laudatur et praeſtantiſſimus eſt. Eas quoque in pulmonum morbis, ſpaſmis varii generis, capitis atque dentium doloribus, epilepſia, amentia vel, verbo, in omni infirmitatum genere, in quo dolores vel motus inordinati vexant et quos a ſtimulo quodam intus latenti ortos eſſe adeſt ſuſpicio, profuiſſe, paſſim loquuntur Medicorum obſervationes. 4) Ut reprimantur carnes luxuriantes, ut citius decidant oſſium emortuorum particulae, ut excitetur ſuppuratio tumores cyſticos devaſtatura atque ſanatura, cet. Uſtiones, antiquitus inprimis, ſaepius fuerunt adhibitae, quod quidem Chirurgorum cuique notiſſimum eſt. Iam temporis autem id auxilium iis, quae leniora ſunt, nec minus promta, poſtponunt, qui Chirurgiam rationalem profitentur.

Haec de uſu ignis genuino dixiſſe ſufficiat, quae vero de vi eius revellente, derivante, humores noxios alliciente, roborante et quae ſunt reliqua antiquitus fabricatae etiamnum narrantur fabellae, hae noſtra refutatione non indigent, easque tanquam incongruentes, obſcuras et a ſimplici illa atque plena, qua facultates medicamentorum atque agendi modum denotari decet, adpellatione nimis alienas, ad Agyrtarum et Empiri-

piricorum caſtra volumus relegatas, his enim homunculis forſan expediet dictione intricata atque eruditionis ſpeciem prae ſe ferente vulgo bardo atque canora quaecumquae avide inhianti fucum feciſſe. Sic tandem eveniet, quod tarde inceptum dolemus, ut Medicina, ab enormi illa locutionum truncarum farragine liberata, ex deriſu emergat vigeatque.

§. 5.

Aegros ex Gangraena illa, quam in febribus mali moris interdum oriri et cui ignem opponi poſſe ſupra monuimus, convaluiſſe novum non eſt aut inauditum, id quod natura vel per ſe vel medicamentis ſuffulta praeſtitit; moxa quoque parti adfectae admota profuiſſe vel ſuppuratio ſalutaris poſt eius uſum orta eſſe paſſim legitur. Ne vero quis facile credat huic ſemper fidendum eſſe, et ut dilucidius adpareat quam vana evadat, quae in illa ponitur ſpes, ubi vires valde fractae ſunt, caſum quendam nobiſcum benigne communicatum adferre placet.

"Fraciscus Peauné, vir iuvenis 25 annorum, ulcere ſatis amplo cruris ſiniſtri laborans, d. 10. Octobris anni 1784 in Noſocomium quod Lugduni Gallorum eſt, defertur, curae Chirurgi tum temporis primarii, celeb. Desaussoy, commiſſus, qui, ulcere rite deligato, diaeta lautiori vinique generoſioris portiuncula ſubinde ſumta, viribus admodum fractis ſuccurrere ſtuduit. Verum die ab admiſſione quarto, qui 14 Octobris erat, febri noſocomiali, putridam credunt, quae autumnali inprimis tempore frequens tum graſſabatur, corripitur. Mox in locum cubiculi, tam valde amplum eſt, oſtiis oppoſitum, ut

 purum

purum magis ſaepiusque renovatum hauriret aërem, translatus fuit; nec varia illa variaeque denominationis medicamina, quae, ad compeſcenda vel expellenda inquinamenta, quibus humores in his praeſertim febribus laborare dicuntur, conducunt, uti mos eſt illius gentis, in uſum vocare neglexit Chirurgus expertus. His atque eiusmodi aliis tempus terebatur, ingraveſcente interim malo, eo funeſtiorem exitum portendens, quo magis decreſcebant vires, iam pridem fractae, nunc vero per liberiorem evacuantium uſum fere penitus conſumtae. Nec longum abfuit ſummae debilitatis evidentius ſignum. Quarto enim febris die de dolore vehementiori cruris adflicti queri incepit, quod et inſignitur turgidum lividumque erat levataque deligatione ulcus, ſi vel non prorſus ſiccum, tamen parvam admodum ſaniei tenuioris copiam fundens et maculis nigreſcentibus undiquaque adſperſum adparuit. His iam rite penſitatis gangraenae adventantis infauſtique eventus haud ambiguis ominibus, quominus ad corticem Kinkinae vinumque confugeret, non amplius dubitavit Chirurgus laudatus nec irritantia illa calidaque, quae ut excitetur inflammatio mortuum a vivo ſeparatura apprime conveniunt topica, cruri admovere et refrigerata cum calidis mutare omiſit. Quum vero eo usque vim vitalem amiſerant ſolida, ut vel ſtimulum non ſentirent, vel ſi vel ſentirent, inde robur non conciperent, nec interna illa nec externa medicamenta quidquam profuerunt, ſed gangraena, febre ne ad minimum quidem imminuta, progredi perrexit, iamque ſeptimo febris die genu aliquantum ſuperaverat, dum Moxam, cuius celebris eſt in illo Noſocomio uſus, adhibere ſecum conſtituit, eo ſcilicet conſilio,

filio, ut ſolida fortiori ſtimulo ſollicitata, tantam, quanta ad ſuppurationem opus fuit, recuperarent agendi vim. Hinc cylindros a Goſſypio contortos, tot nempe, quot ut totus ambitus femoris adureretur opus fuit, digiti transverſi a limite gangraenae diſtantia et quidem parti ſanae admoveri accendique curavit. Verum etiam haec in inuſtionibus non temere poſita ſpes evanuit, et tantum abſuit, ut hae corruptioni impedimento eſſent, ut potius ſtimulo ſuo, quem ferre non potuerunt ſolida infirma, reliquum vitae extinguerent atque adeo progreſſui gangraenae calcar adderent. Nec proſperior fuit ſucceſſus inuſtionum, quae altero die paulloque altius irrito conamine fuerunt inſtitutae, nam nec hae, nec medicamenta illa ſtimulantia atque roborantia, Corticem puta et vinum, quae copia ſatis grandi ſumebantur, vim vitae ſopitam et fere extinctam excitare valuerunt, ſed decimo febris die, quo iam inguem fere attigerat gangraena, in noctem vergente moriebatur miſer, praegreſſis omnibus, quae mortem non dubio omine praeſagiunt ſignis.

APPENDIX. *)

Gangraenam in varias easque multiplices ſpecies, pro diverſitate cauſſarum, diſpeſcere operae pretium duxere ſcriptores Medici, inde utilitatem quandam in praxin redundaturam ſibi perſuadentes. An ex voto ſucceſſerit labor iſte, nec probe ſcimus, nec ſi vel ſciremus, profiteri e re ducimus; interim tamen ſimplex magis, nec, uti quidem nobis videtur, minus congruens ſeſe offert Gangraenae diviſio, quam praxi adcommodatiorem ſine dubio invenient etiam hi, quibus forſitan diſplicebit novitas rei. Omnium primo monere convenit, quod Gangraena nihil aliud ſit quam eiusmodi partis cuiusdam ſtatus, in quo, ſuſpenſa vel abolita ſolidorum vita, vel, ut alii loquuntur, nervoſi illius ſatis ignoti liquidi ſecretione atque vi, circumvehi ibidem nequeunt humores, unde tam illa quam hi, ad leges materiae mortuae iamiam reverſuri aut iamiam reverſi, mutationes chemicas experiuntur ſive in putredinem ſenſim abeunt, idque tanto citius, quanto maior materiae animaliſatae, ſit venia verbo, ineſt ad hanc proclivitas. Eiusmodi vero partis cuiusdam ſtatus vario modo inducitur: 1) Ex eo, quod humorum ad partem quandam aditus vel ex illa reditus vaſorum ligatura, compreſſione, ruptura vel alio quodam modo ſint intercepti. Huius Gangraenae exemplo ſit illa, quae

*) Quum tempus nimis feſtinaret, quae ſequuntur in Diſſertatione ipſa omittere ſuimus coacti, ne vero omnino deſiderarentur ea appendicis forma addere conſultum duximus.

quae poſt operationem Anevrismatis et inprimis Arteriae Popliteae interdum oritur. 2) Ex eo, quod ipſa vitae fons ſive officina aut quae ex illa prodeunt propagines inſigniores cauſſa quadam, externa ſit vel interna, ita laedantur, ut munere ſuo, quod in ciendis motibus neceſſarios judicaverit anima et hanc rerum extra ſe poſitarum conſciam reddendo conſiſtit, vel prorſus non vel non ſatis perſungi queant. Hinc adfectiones animae et illae inprimis quae deprimunt, laeſiones medullae ſpinalis, nervorum maiorum preſſus, lacerationes, abſciſſiones, cet. Gangraenae ortum dediſſe obſervatum eſt. 3) Ex eo, quod vires totius corporis adeo ſint fractae, circumagi nequeant humores, unde etiam in extremis artubus, ubi tam vis a tergo minor eſt, quam vaſa debiliora, omnium frequentiſſime obſervatur, quae ab hac cauſa oritur, Gangraena. Huius autem duae ſpecies ſunt; altera lentius incedit, ita nempe, ut primum venae, deinde arteriae, tum abſorbentia loci remotiſſimi vita priventur quo, ſit ut, abſorptione poſt ceſſantem adpoſitionem durante, exareſcat pars adfecta. Sicca vocatur Gangraena haecce, quae in ſenibus praeſertim et in iis, qui ſub annonae caritate incongruenti vel, quod idem fere eſt, parum nutrienti cibo aluntur, obvia eſt; citatiori gradu fertur altera, tum enim ſolida ſimul, atque uno quaſi ictu, vita orbari videntur, forſan ob nervos a contagii vi vehementer laceſſitos. Huius naturae credimus Gangraenam quae extremitates, praeſertim inferiores, ſub decurſu febris mali moris interdum adgreditur, Tum autem non ſemper in illo partis loco, qui remotiſſimus eſt, verum in illo, qui morbo quodam vel alia quacumque ratione antea ceteris debilior factus eſt, ut ex caſu allato videri poteſt,

 inci-

incipit. 4) Ex eo, quod ſolida iam dudum valde labefactata a ſtimulo vel etiam minimo quod ſupereſt vitae amittant. Huic cauſſae adtribuimus Gangraenam, quae in Scorbuticis atque Cachecticis, quos bene valere perperam dicunt, a leviſſima vulneratione, quaeque in his, qui febre, vel alio morbo graviori laborant poſt diuturniorem in dorſo decubitum ſuper nates vel os ſacrum oritur. 5) Ex eo quod, antehac ſalva vegetaque, ſolidorum organiſatio vehementiori ſtimulo vel vi quadam prorſus deſtruatur, quod quidem eo facilius fit quo ſitu vel conformatione fuerint debiliora. Hoc modo oritur gangraena in combuſtionibus, pernionibus, contuſionibus, hernia incarcerata, cet.

Haec diviſio praxi ut quae maxime adcommodata videtur et indicationes curatoriae, uti quidem ſemper dum a cauſſis proximis proceditur, quaſi ſua ſponte ſe offerunt. *Primum* atque *ſecundum* genus vix curam admittunt, niſi compreſſio in cauſſa fuerit, quae tum ſubito tollenda eſt. Nec alienum erit fomentationibus lenioribus uti, ut ad reſorbendum id quod effuſum eſt inſtigentur vaſa; forſan etiam proderunt cucurbitulae cruentae parti admotae, inprimis ſi recentior caſus fuerit. Verum in illo Gangraenae genere, quod *tertio* loco poſuimus et quidem in prima eius ſpecie, quae lentius procedit et in qua adhuc vigent abſorbentia, cibi pleniores et potiones ſpirituoſae conveniunt, quo ſimul ea medicamenta quae actionem languentem incitare valent, opium, puta, vinum atque corticem peruvianum, copioſius danda, nec parti adfectae ea Medicamina quae colore atque oleo quodam eſſentiali ſtimulant ſuperimponere omittendum; in ſecunda vero ſpecie, in qua ſinguli vaſorum ordines ſimul

ſimul torpere inveniuntur et ſucci gaſtrici ſecretio deficit, minus idoneum eſt cibos dare, nam hos aegre concoqueret ventriculus, unde et quidem haud absque damno, coaceſcerent vel computreſcerent, verum ea ſtimulantia, quae in priori ſpecie commendavimus, valde proſunt, ſimul quoque ea quae ad curandam febrem praeſcribuntur probe obſervanda ſunt, nec forſitan abs re erit ſolidis partis adfectae calcar addere, quo eam concipiant agendi vim, quae ut excitetur atque foveatur inflammatio mortuum a vivo ſeparatura efficit, quod quidem fomentationibus calidis atque irritantibus, vel etiam *aduſtione*, optime peragitur. In *quarto* genere ab omni iniuria externa probe cavendum, valetudini totius corporis cibo inprimis, nam parum iuvant medicamenta, eoque optimi ſucci, aëre ſicco atque puriſſimo, exercitatione modica cet. conſulendum, vel ſi febris quoque fuerit, haec per eas rationes, quas proponunt leges artis, ſubmovenda eſt et partes iam adfectae idoneis cataplaſmatibus deligandae, ut ſcilicet tollatur gangraena imminens vel ſuppuratione evellatur mortuum. Verum in *quinto*, ratione huic prorſus contraria curam ſuſcipere convenit. Nam quum in illo vigorem ſuum illaeſum retineant ſolida, imminuenda potius eſt, quam promovenda inflammatio, quae tam a violentia quam a ſtimulo partis emortuae orietur, quod venae ſectione, laxantibus atque potionibus acidulis ſatis commode fit. Omnia vero irritantia, tam externa, quam inprimis interna, probe fugienda, nec aliud quam quod leniter emolit parti, quam gangraena minatur vel corripuit, ſuperimponendum.

Quod vero inflammatio quo vehementior eo rarius in gangraenam abeat tanto minus erit mirum, quum ſummo ſolidorum vigore opus ſit ut

ut excitetur inflammatio acutior, eiusmodi vero ſolidorum ſtatus illi, quem gangraenae opportunum diximus, e diametro oppoſitus eſt. Nec utique explicatu difficilius eſt, cur interdum a leviſſima cauſſa, vel mox, vel praegreſſa inflammatione qualicumque, adveniat gangraena, nam tum debilis adeo evaſit ſolidorum virtus, ut ſtimulos, qui alio vel vegetiori obtinente corporis habitu, inflammationem ſive maiorem actionem excitaret, iam omnem agendi vim tollat, eadem fere ratione qua chorda, cui reſiliendi poteſtas ineſt, hac ſalva a vi admota in fortiorem motum cietur, illa vero imminuta vel ſublata ab eadem vi rumpitur. Quae cum ita ſint, non poſſumus, quin omni cauſſarum gangraenae explicationi ab humorum quodam vitio petitae, ut nullo argumento firmatae, repulſam demus; *) nec

*) Quem compertum habeamus genuinam τε humores ſignificationem non omnibus ſatis cognitam eſſe, forſan expediet declaraſſe, quod nos et optimi quique vocabulo illo *humores* eos tantummodo ſuccos nutricios atque reliquis partibus homogeneos, qui a ſolidis vivis intra corpus circumferuntur, neutiquam vero ſimul illos, qui ſecreti vel effuſi vel alio quodemumcumque modo extra vitae circulum poſiti ad hanc non amplius reipiciunt, complectamur. Hi enim, eadem ratione qua aliae res externae vario modo morbis anſam dare poſſunt. Heic quoque loci moneri oportet, quod per *humorum morbos*, non ipſam humorum mutatam conditionem, verum morbos, quos ex illa proficiſci crediderunt, intellexerint eius Theoriae auctores. Quum vero contra humorum morbos, conſentientibus ratione atque experientia, pugnamus, id non ita explicatum volumus ac ſi omnem humorum mutationem plane negaremus, quod quidem nemo contra omnem probabilitatem temere faciet. Verum contendimus mutationem illam, cuiuscumque natu-

nec nobis valde placet illud SYDENHAMIO atque aliis familiare loquendi genus, quo febrem conamen naturae noxium expellendi dicunt, nam ſi vel noxium adeſſet, quod quidem admotum fuiſſe quam adeſſe libentius concedimus, tamen quae inde in functionibus oriuntur mutationes vi legis cuiusdam inſitae fiunt, nec eas conamen appellare Philoſophi eſt aut magis congruens, ac ſi fermentationem et lapſum lapidis conamina naturae, in illa aërem fixum emittendi, in hoc vero centrum petendi, diceres. Omnes quoque iſtae locutiones, quae aut nullam aut non ſatis claram habent ſignificationem, in ſcientiis practicis ſummo ſtudio fugiendae ſunt.

Verum huic argumento diutius inſiſtere vetat, quae virium, temporis atque impenſarum prudentiſſimo cuique habenda eſt, ratio. Si vero leviſſima haecce, quae ſatis incomta eſſe ingenue fatemur, non prorſus diſplicuerint, forſan olim erit ut opportuniorem nanciſcamur occaſionem opiniones noſtras fuſius explicandi atque argumentis maioris momenti firmandi. Tu interim, B. L. haec accipito et nos aequi bonique conſulito.

naturae demum ſit, a praegreſſa ſolidorum adfectione vel vitio oriri et non niſi per eas rationes, quae ſolida primo adficiunt, ſanari poſſe, quamobrem etiam ad illam in praxi attendere inutile iudicamus. Nihil tamen obſtat, quominus nos quoque vehementes acrimoniarum exſtiteremus defenſores, niſi quod ne ullo quidem tolerabili argumento probatae ſint, ut autem eiusmodi quoddam, nam nihil omnino apud nos valet magnorum nominum auctoritas, adtulerint, quibus placet trita illa atque ſatis commoda morborum explicatio in eorum caſtra, qui nobis eſt candor atque veri ſtudium, tranſibimus laeti.

DISSER-

DISSERTATIO
DE
CORTICE ANGVSTVRAE.

D. 28. MAJI 1793.

RESP.

CAROL. FR. BLUMENBERG.

INTROITVS.

Fere quotannis ex remotis et alio calentibus ſole terris ad nos advehuntur ſaepe non parum celebrata et nimium quantum laudata remediorum genera.

Mittit orientalis India radices *Lopez*, *Kynlein*, *Columbo*, *Periploces*, ceteras; America autem, poſtquam Europaeis innotuit, non modo longe plura, ſed et meliora et validiora medicamina, non raro ſumme ſpecifica, nobis praebuit et forſan adhuc multa in ſinu ſuo fovet, venturis ſaeculis et poſteris profutura.

Luſtrum vix effluxit, ex quo nobis e calidiori America allatus innotuit cortex, quem non modo ut etiam Kinkina praeſtantiorum venditarunt unus et alter practicorum celebrium.

In Europam primo translatus eſt anno 1788, dum menſe Iulii eius quantitas ſat magna a Domi-

Domino CHOLLET e Dominica in Angliam miſſa fuit atque, ut nemini vel nota vel expetita merces, in fluvium Londinenſem deiecta. In Svecia vix ante 1791 innotuit hicce cortex et initio anni inſequentis in pharmacopoliis venalis habebatur.

Nomen

Adeptus eſt hic cortex a loco, unde in inſulam Trinitatis ex Anguſtura Americae calidioris primo per Hiſpanos delatus fuit. Ex arbore Brucea ſumi ſibi perſuaſit quidem illuſtr. peregrinator anglus BRUCE; ſed aſſerrum eius neque confirmat locus, unde advehitur, neque arbor ipſa, utpote quae non ex America, ſed ex Africa fuit allata. Nec ullam fidem meretur effatum Dom. HEIJNE, qui corticem eſſe *Magnoliae glaucae*, absqne tamen ullis adiectis rationibus, adſeruit.

Promiſcue itaque apellatus fuit cortex Bruceae, Auguſturae et Auguſtinus.

Qualitas.

Externe cinereus et quaſi pulverulentus, intus luteſcens occurrit fruſtis latioribus vel anguſtioribus, longitudine non ſemper eadem, ſed quandoque digitali, quandoque ſpithamaea et ultra, craſſitie circiter lineae, ſemper multum fragilis. Igni expoſitus quaſi ebullit et carbo ignem diu fovet ex obſervationibus Domini Prof. HAGSTRÖM.

Sapor valde amarus et non nihil nauſeoſus cum mixtura aromatis calorem excitantis, cumque levi odore aromatico.

Acrimoniam reſidere in reſinoſo et amarum in gummoſo experientia docuit.

Prae-

Praeparata.

Forma pulveris Rheo haud abſimilis videtur hicce cortex; nec adſtringit, ſed potius alvum leviter ducit. Gr X usque ad ſcrupul. ſumi quidem poſſunt, pluries per diem repetita, docuerunt vero obſervationes, doſes minores ſaepius plus effeciſſe quam maiores.

Infuſum frigidum ex aquae Lbr. ſemis et cortic. unc. ſemis per tres dies paratum, validum invenit celeber. Prof. Hagström a). Decocti ex aquae unc. XII et corticis unc. ſem. vel ex aquae Lbr. I et corticis drachm. IV parati propinatur plerumque drachm. I et ſemis, ſaepius pro circumſtantiis repetenda. Addi quoque ſi libuerit, poteſt vel ſyrup. aurant. unc. ſemis vel tinct. lavend. drachm. I. Calidum decoctum rubeſcit, frigefactum autem palleſcit et praecipitatur. Extractum aquoſum dimidiam fere corticis quantitatem aequabit, aqua ſive calida fuerit, ſive frigida.

Tincturae inde praeparantur vel aqua vel ſpiritu vini. Prius menſtruum extrahit gummoſum, quod continet cortex, liquidumque reddit amarum non valde ingratum.

Poſterius vero tincturam praebet magis opacam et turbidam.

Dum corticis unc. I cum ſpiritus vini diluti Lbr. I digeritur, vis fere omnis corticis elicitur, atque ulterius ad ſiccum inſpiſſata reſinam profert opacam, acrem, nauſeoſam.

Tinctura ex cort. unc. ſem. et ſpirt. vini Lbr. I parata flavo-rubicunda, aromatica, amara et non

a) Act. Holmenſ. 1792. p. 299.

non nihil nauſeoſa evadit. Huius vel ter de die drachm. I propinari poteſt tempore intercalari.

Reſinae exhibet circiter gr. II haec ipſa ulterius inſpiſſata. Cortice cinnamomi addito optime corrigitur ſapor nauſeoſus.

Uſus.

Ut ſuccedaneum Kinkinae inprimis commendatus fuit Auguſturae cortex, eundemque praeſtare effectum, minori etiam doſi, aſſeverare non dubitarunt practici haud pauci.

1) *In febribus intermittentibus* ſaepius unica tantum doſis ad tollendam febrem ſufficit; interdum pluribus quidem doſibus, 6 vel 8 iteratis, opus fuit, nunquam tamen tot, quod ex cortice Peruviano febrifugo. Uſum corticis eximium in hiſce febribus praeſertim tertianis monſtrarunt experimenta D. Williams *b*) Hagström et aliorum practicorum celebrium. Affirmant quoque auctores poſt uſum huius corticis intermittentes febres longe rarius excurrere quam quidem ab aſſumto, maiori licet doſi cortice Kinkinae.

Practici tantum omnes in eo conveniunt, Auguſturae pulverem ſtomacho longe minorem moleſtiam, quam Kinkinae adferre, quamobrem etiam ab infantibus longe facilius aſſumitur atque toleratur.

In febribus nervoſis praeſcripſit Dominus Brande; caſus vero, quem refert Dr. Ewer *c*), huius remedii in febri putrida interne dati et externe applicati, valde eſt ſingularis.

2)

b) Lond. Med. Journ. 1789. p. 158.
c) Lond. Med. Journ. 1789. P. II. p. 154.

2) *Contra Diarrhoeas et Dyſenterias* valde proficua invenerunt plurimi praeparata corticis, ut Dr. WILLIAMS in pluribus expertus eſt caſibus et Dr. BRANDE, qui tum Laudani interdum addidit pauxillum. In Diarrhoea, quae colliquativa appellari ſolet, nil prodeſt; in fluxibus alvinis autem, ubi humores in putredinem vergunt et circulatio ſanguinis lentior eſt, aliis remediis fere ſemper palman praeripere videtur. Et emetico vel laxante ſalino prius exhibitis, decoctum aut infuſum, non vero ſemper aeque ſalutari cum effectu pulverem, praeſcripſerunt Angli *d*).

3) *In debilitate ſtomachi et Colica* vel per ſe vel Magneſia, Rheo, Oculis Cancrorum aliisve remediis iunctus, cum fructu fuit praeſcriptus experientia D. BRANDE *e*), Aſſ ODHELII, D. WILLIAMS, WITHERING *f*), EWER et aliorum. Inter corroborantia amara in Dyſpepſia, Hyſteria aliisque morbis, vehementer laudatur a D. PEARSON *g*) tinctura corticis. Contra *Tuſſim ferinam* infuſi cort. Anguſturae unc. II cum Tinct. Cantharid. gtt. XXX, cuius cochleare ter vel quater ſumſit aeger ſalutari cum effectu praeſcripſit D. SALKELD *g*).

4) *Gangraenae* omne reſiſtit amarum; etiam hic cortex in gangraena partiali a violentia externa fructu fuit adhibitus, teſte D. WILKINSON *h*). Et experimenta, ſtudio inſtituta, quorum mentionem facit Dr. BRANDE *i*), probant fortius eſſe antiputredinoſum ex Anguſtura Americes provenientem corticem, quam ipſa *Cinchona*, *Serpen-*

d) BRANDE Experim. et obſerv. Lond. 1791.
e) Lond. Med. Journal. 1790. Vol. I. P. XI. p. 38.
f) e) DUNCANS Med comment. 1791. Vol. 6. p. 366.
h) Medical Facts and Obſervat. Vol. II. 1791.
i) Experim. et Obſervat. Lond. 1791.

Serpentaria, *Chamomilla* et radix *Columbo*, et quidem pulverem magis quam extractum, gummoſum quam reſinoſum. In *Ulceribus magnis* proficuum invenerunt imprimis decoctum Dr. WILKINSON et BRANDE, tam interne datum, quam applicatum externe.

5) *Ophthalmia ſcrophuloſa*, poſt varia remedia fruſtra tentata, decocto et infuſo Anguſturae externe applicato ceſſit, ut demonſtrarunt ambo caſus D. SALKELD (loc. cit.)

Caſus.

Placuit, quod grati agnoſcimus, plurimis celeberrimorum patriae practicorum ſua cum hocce remedio inſtituta nobiſcum benevole communicare experimenta, quae, licet breviter, heic adferre volumus.

In eo fere omnes facile conveniunt, quod ſaepiſſime febres intermittentes tertianae corticis Anguſturae uſu feliciter fuerint ſubactae, non vero ita quartanae, quae rarius vel non omnino eo tolli potuerunt.

Medici regii, Domini HALLMAN, pater et filius teſtantur, ſe hiſce febribus obicem poſuiſſe, ſcilicet ille ex quatuor quartanis uni, hic vero binis tertianis, drachm. II tantum corticis datis. Dr. HARTMAN contra febres intermittentes in noſocomio ſaepius praeſcripſit corticem Anguſturae, feliciterque eo curavit tertianas plerasque, quartanas vero paucas. D. Dr. ALMROTH, qui decoctum pulveri ſemper praeferendum indicat, pluribus intermittente febre laborantibus ſanitatem reſtituit. Dedit ut plurimum vel decoctum vel etiam tincturam; cort. unc. ſemis in aqu. unc. X. ad remanentiam Lbr. ſemis coctus fuit et cort. unc. ſemis cum ſpirit. vini rectif. Lbr. ſemis

ſemis tincturam dedit. Poſt praegreſſa evacuantia die remiſſionis decocti propinavit unc. ſemis, altera quavis hora, usque ad unc. IV. ſumendam, unde poſtridie febris abfuit et aeger poſt ſumtas poſtea unc. II ſemper bene valuit. Tincturae drachm. ſemis ſexies de die duobus aegris tertianae laborantibus dedit, eo cum felici exitu, ut aegrorum alter ſemper bene valuerit, alter vero, licet febris recurreret, eodem remedio mox fuerit in priſtinam ſanitatem reſtitutus. Ex pluribus, qui quartana excruciabantur, non niſi duobus militibus valetudo reddi hocce medicamine potuit, ſcilicet decocto corticis ex Auguſt. unc. II et aqu. Lbr. I et ſemis, ad reſiduum Lb. I, cui admiſcebatur pulveris unc. ſem. cuiusque dimidia portio quovis die potabatur.

Medic. reg. Dr. Hedenberg duplex caſus, quem nobis communicare benigniſſime voluit, de praeſtantia remedii huius novi in curandis Diarrhoeis nos convicit. Alter erat puerperae, quae ex metaſtaſi lactis ad inteſtina ſumme periclitabatur; alter febre tertiana laborantis, quae ſub uſu Cinchonae vehementi corripiebatur fluxu alvino. Ambae fruſtra Ipecacuanha et aliis remediis idoneis uſae fuerant et corticis Anguſturae circiter unc. ſem. a Diarrhoea liberabantur, huic licet poſtea manſerit febris intermittens, quae tamen uſui Cinchonae ceſſit.

D. Aſſeſſor Gahn nobis quoque aſſeveravit, ſe non modo anno 1791 bis tertianam vernalem corticis huius uſu ſublatam vidiſſe, ſed et Diarrhoeam chronicam, dum poſt ſingulas corticis doſes, methodo D. Bruce, lactis portiunculam ſimul aegrae bibendam dedit.

DISSER-

DISSERTATIO
DE
ARBORE TOXICARIA MACASSARIENSI.

D. 11. MAJI. 1788.

RESP.

CHRISTEN AEIMELAEUS.

§. 1.

Venena, quae corpus humanum vel vehementer corrodendo deſtruunt, vel ſaepe ociſſime ſcintillam vitalem exſtinguunt, plura occurrunt in tribus naturae regnis. Ex regno minerali talia ſunt arſenicum, varia praeparata mercurialia et antimonialia, atque acida fortiora mineralia. In regno animali, tremenda velocitate, venenum ſerpentum ſanguine vivo mixtum, ſymptomata lethalia excitare ſolet. Uti vegetabilia inter plura reperiuntur ſalutaria remedia, ita et longe plura obveniunt periculoſa venena, quorum alia corroſiva inflammant, alia ſanguinem et humores corripiunt et corrumpunt, alia ſyſtema nervoſum turbant, atque mora plus vel minus protracta tandem mortem inferunt, ut *Curara* ad flumen Orenoque, *Voorara* prope fluvium amazonum, *Ceſtrum*, *Rhus* et plura alia.

Haec inter venena, et quidem fortiora, numerandum omnino eſt illud venenum Indicum,

 quod

quod ex ignota hactenus arbore *Boa upas* ſumma adhibita prudentia deſumitur, et de cuius viribus atque uſu varia tam vera, quam ſuperſtitioſa et incredibilia, aeque antiquitus ac nuper nobis fuerunt relata. De hocce veneno teſtatur Rumphius, ſe non inveniſſe aliud horribilius vel deteſtabilius ab ullo productum vegetabili. Et addit, quod hoc venenum, quo gloriantur ipſi Indi, olim longe magis timuerint milites Belgarum, quam quidem tormenta bellica. Vide Rumph. Herb. amb. T. 2. p. 263.

§. 2.

Arbor haec venenata Botanicorum hucusque examini ſeſe ſubduxit, vero tamen ſimile nobis videtur, eiusdem eſſe ordinis naturalis cum *Ceſtro* eiusque cognatis, ſi non omnino *Ceſtri* generis *) ac eiusdam eſſe generis arborem illam, quae eodem nomine donata creſcit in Iava **) et pluribus aliis Indiae calidioris orientalis locis.

Belgis Indiam orientalem incolentibus dicitur *Giftboom* vel *Macaſſarſche Giftboom* et nonnullis *Spattenboom*

Rumphio, *Arbor toxicaria* in Herb. amb. T. 2. p. 263. tab. 87.

Macaſ-

*) Eiusmodi ſpecies Cestri creſcit in Capite bonae ſpei, tam venenatae indolis, ut dum huius ſuccum cum veneno Colubrino Hottentotti miſceant, ambo haec venena iuncta longe vehementius agant, quam quodque eorum ſeparatim; ex narratione celeb. D. Praeſ.

**) *Bohon Repas* apellatur quidem in *Veckoſkriften fôr Lâkare och Naturforſkare* Vol. 5. p. 210, ſed celeb. D. Praeſes ſibi perſuadet, rectius dicendam eſſe *Boa upas*; *Boa* enim ſignificat arborem et *upas* venenum.

Macaſſarienſibus et Celebenſibus, *Ipo* et dum duas diſtinguunt diverſas arbores, foeminam ſpeciatim appellant *Paccarre Sama Iang*, atque marem *Upas radia*.

Malaiienſibus, *Caio upas* ſeu *Boa upas*, foeminam ſpeciatim *Maccan Cavul*, atque marem *Diato matti*.

Malaccenſibus, *Lupo Matta Iu*.

Duae ſpecies deſcribuntur a Rumphio, quarum alteram *feminam*, alteram *marem* appellat, an vere diſtinctae ſint, a brevi eius deſcriptione determinari non poteſt.

Arbor eſt caudice craſſo, ramisque patentibus; cortice rugoſo, rimoſo, cinereo-fuſco; ligno albo-flaveſcenti, ſolido nigrisque maculis variegato.

Folia ſparſa, ſubſeſſilia, oblonga, acuta, integra, parallelo-nervoſa, ſupra rugoſa, ſubtus lanuginoſa, duas pollices lata, ſpithamaea.

Flores et fructus ignoti.

Altera arbor, mas dicta, deſcribitur, trunco altiori, coma anguſtiori, foliis minoribus et mollibus ceterum omnino ſimilis.

§. 3.

Creſcit venenatiſſima arbor in variis Indiae orientalis calidioris, locis, praecipue inſulis, Iava, Sumatra, Borneo, Baleiia et Macaſſaria prope Marus, iuxta Sudiion, atque proprie in Celebi iuxta Toradios. Amat deſerta loca et nudos montes, e longinquo facile dignoſcenda eo, quod nullae aliae illi adſtent arbores, quodque terra ipſa ſuppoſita ſterilis ſit, atque ſicut exuita.

§. 4.

Succus arboris, cui omnis deleteria vis ineſt, brunneo-ater, in reſinam exſiccatur, quae in *mare* ſic dicto ſemper eſt durior magisque nigra, fere inſtar picis, ac ignis calore liqueſcit.

Collectio ſucci reſinoſi ſumma fiet prudentia, ne vitae incurrat periculum eum collecturus. Sollicite igitur linteis obvelanda ſunt caput, manus et pedes, ut defendetur totum corpus non minus ab halitu arboris quam ſtillicidio eius. Nemo tam prope hanc arborem accedere audet, ut ſuccum eius manibus abripiat; ut itaque ſuccus excipiatur, longae arundines Bambu, ſuperius acuminatae inſtar haſtae iaculatoriae, ſumma vi oblique cortici trunci intruduntur, ut in illis exſtillet ſuccus ſanguineus, qui brevi poſt condenſatur et indureſcit, obſcure rufeſcens vel nigricans. Quo propius radicem arbor vulneratur, eo efficacius venenum. Interdum plures usque viginti eiusmodi arundines arbori infixae relinquuntur per tres vel quatuor dies, ut ſuccus in cavo earum colligatur et concreſcat. Supremus articulus arundinum tunc repletur ſucco, reliqua pars amputatur.

Succus adhuc *recens* in baculos vel globulos efformatur et in arundinum cavis ſervatur, dein loco mediocriter calido linteoque ſaepe decies obvoluto conſervantur hi globuli, omni ſeptimana optime detergendi ac mundandi, ne mucore obducantur, vel exhalando nimium ſua de virtute perdant, quae intra annum mitigatur, intra paucos annos ſaepe omnino perit.

§. 5.

§. 5.

Maxime horrenda eſt huius arboris *vis venenata*. *Ex halitu* arboris mox perſentiuntur omnes artus quaſi congelati nec non ſpasmodice affecti. Nemo igitur ad arborem accedere audet, niſi veſtimentis bene obvolutis prius brachiis, pedibus, humeris et capite. Si quis capite denudato ſub hac arbore ſtare tentat, capillorum profluvium inde patitur, et ex ſtillicidio arboris in corpus depluente, magnopere intumeſcit, quod etiam fit ex arbore Rhois toxicodendri. Aer circa hanc arborem adeo eſt infectus, ut aves ipſius ramis inſidentes mortui decidant; cuncta itaque animalia, quae halitu eius tacta perirent, ſollicite hanc arborem evitant, immo aves illam facile non transvolant. Aſſeverat Rumphius, ramos decerptos in magna arundine Bambu tam efficaces ac cauſticos ſibi fuiſſe transmiſſos, ut ſi manus arundini imponerentur, mox titillarent, eodem fere modo, quo artus congelati, ſi foveantur. Pro certo quoque venditatur, ſub hac arbore nullas plantas, frutices, vel gramina creſcere in tota eius peripheria, immo ne quidem ad lapidis iactum, terramque ſub illa ſterilem, fuſcam et quaſi exuſtam eſſe.

Halitus igitur arboris vivi imprimis et ſuccus recens maxima pollet vi toxica, quae ſucceſſu temporis ſenſim magis magisque debilitatur tandemque perit. Feminae venenum longe infirmius eſt, nec facile ſua ſponte lethale, quam ob rem ad capturam ferarum plerumque adhiberi ſolet, nec ad inficienda tela bellica, niſi altero fortiori mixtum, dum utriusque vires augeri creduntur.

Venenum telis illinitum in corpore vulnerato per omnia membra ſeſe mox diffundit, ita ut vehemen-

mentem excitet aeſtum ſimulque gravem vertiginem, cui ſaepe mors ſubſequitur *). Tela venenata duos per annos vires conſervant, licet interdum intra unius vel paucarum menſium ſpatium vim ſuam amittunt. Prudentia quoque obſervata toxicum hocce innocue tractari poteſt, modo vivum non tangat ſanguinem, immo Celebis incolae illud pro remedio interno ex teſtimonio celeb. Rumphii ingerere audent **).

Vires toxici explorantur certo quodam experimento, ſcilicet contunditur radix Lampuiang dicta ſeu Amomum Zerumbet, donec mucilaginoſa ſit, poſtea exprimitur et transcolatur ſuccus per linteum, cum parva aquae portione infunditur venenique portiuncula miſcetur. E ſubita, ſub hac mixtura, ebullitione ſuborta eiusque vehementia, de viribus iudicium ferunt periti. Haec fermentatio adeo erit ſaepe vehemens, ut in medio magna formetur fovea, fundusque vaſis in conſpectum veniat. Operatio haecce nulli nocere dicitur, niſi quod tantum ardorem internum percipiat experimentator; vires enim venenum inſpiſſatum non adeo vehementes halitu ſuo

*) Ex arbore venenata Iavae ſymptomata fuerunt ſequentia: poſt. 5 min. ab inflicto vulnere tremor artuum ſubſultu tendinum coniunctus, intra 16 minut. mors ſumma cum anxietate. Corpus demortuorum contaminatum poſt aliquot horas obſervabatur maculis petechialibus, facies tumida ac plumbea, oculorum albuginea flava.

**) Hoc quidem repugnat narrationi de huius veneni viribus communicatae in *Veckoſkriften för Läkare och Naturforſkare* Vol. 5. p. 225, cum vero haec narratio omnium aliorum narrationibus ſit contraria, dubiam illam reſpicere licebit et ab ulterius inſtituendis experimentis confirmandam.

ſuo exercet, niſi adtingat ſanguinem ſuccoque Zerumbet acutum in actionem deducitur.

Venenum hocce deleterium intra dimidium horae, immo ſaepe intra quadrantem horae, infert mortem, praegreſſo motu convulſivo ac delirio, ſic ut raro antidota in auxilium vocari poſſint. Macaſſarienſium reges, veneni deleteriam vim exploraturi, plura inſtituerunt experimenta in morte damnatos, ut ſcirent, an ulla a morte redemtio, ſed fruſtra tentarunt: telis veneno hoc infectis pollicem manus vel pedis vulnerarunt, articulum affectum mox amputarunt absque ullo felici ſucceſſu.

Auctor narrationis de Iavanica arbore venenata aſſeverat, etiam fontes hocce veneno infici poſſe lethalesque reddi, et multos hoc Belgas in ultimo ab illis cum Iavanis geſto bello interiiſſe. Sed de huius fide ſuſpendere iudicium conſultum erit, donec certius ſit exploratum, an ſuccus arboris ſit gummi - reſina, adeoque portionem quandam aqua diſſolvi poſſe. Experimenta vero tam ab Auctore ipſo facta, quam aliae circumſtantiae evincunt, ſuccum non eſſe mere gummoſum, quia ſpiritu Arrak ſolvatur.

§ 6.

Uſus fortiſſimi veneni ad puniendos morte damnatos nec non ad inficienda tela bellica apud varias nationes Indicas obtinet quidem inprimis, ſed quod maxime mirum occurrit, toxicum hoc crudum, nec commixtum, ſalubre habetur antidotum tam externe quam interne uſitatum contra ictus venenatorum piſcium ac ſcolopendrarum, ſi emplaſtri forma vulneri applicetur; teſte Rumphio citius dolorem ſedat, venenumque melius extrahit quam aliud remedium. Si quis ulcerationi-

tionibus ſcabieque laborans, pilulam reſinae cum Muſae fructus carne commixtae aſſumat, omni inteſtinorum impuritate liberari dicitur, ut videre licet Rumph. Herb. Amb. T. 2. p. 269. Venenum quoque debilius ſcilicet ea ratione praeparari poteſt, qua fera animalia, praecipue cervi, enecari poſſunt, iliorumque caro absque ulla noxa comedi.

§. 7.

Belgae incolis illis Indicis, qui veneno *Upas* tela ſua inficere ſolent, bella gerentes varias excogitarunt cautelas, quibus evitare poſſent lethifera illa vulnera, quae olim ſaltem omnem medelam reſpuere credebantur. Veſtimenta igitur induxerunt admodum ampla et laxa, vel e corio Hispanico, vel e velo linteario, quae tela non facile perforarent, et ante milites impetum facientes, velum pice obductum ſuſpendebatur, in quo per rimam ſclopeta ignivoma emitti, tela vero Indianorum penetrare non poſſent.

Succeſſu temporis plura antidota Indicorum populorum, ſacra diu refugia, detecta fuerunt, ſcilicet.

1) *Radicis toxicariae*, ſeu *Crini Aſiatici* bulbi maſticati ſuccus deglutitus vulnerique applicatus, unde vomitus ſuboritur vehemens, quo venenum expellitur.

2) Ad fortem exſtinguendum aeſtum vulneri inſtillatur ſuccus e *Melopepone*, cuius quoque portiuncula eſt comedenda.

3) Cortex *Ficus racemoſae*, aliarumque ficuum, maſticatus ac contritus vulneri que applicatus.

Item tenues rufae fibrae ſeu radices tenues *Varingae anguſtifoliae* (Ficus cuiusdam) partim propinatae, partim applicatae.

4)

4) Cortex *albi Saiiang* de ſtipite raſus nec non vulneri impoſitus.

5) Petioli et radices *Momordicae charantiae* contritae et vulneri impoſitae.

6) Radices e *Caio Radia*.

7) Certiſſimum omnium antidotum Macaſſarienſium eſt lacteſcens arbor *Pule ſeu Rite* illis dicta, cuius petioli vulneri applicati omne venenum exſugere dicuntur, uti etiam fruſta parva telorum marinorum.

8) Radix *Mungos* ſeu *Ophiorrhizae* interne et externe uſitata, omnium ſine dubio optimum antidotum reſpiciendum erit.

Ex allatis itaque patet, plurima uſitata remedia eſſe acria vel refrigerantia, adeoque curam eo eſſe dirigendam, ut ſtatim vulnus ſcarificetur, illique ad venenum extrahendum applicentur fomenta acria ex allio, veſicatoria et eiusmodi alia; utque interne emetica ac emollientia ut oleoſa, lac decoctaque mucilaginoſa exhibeantur; ut diaeta ſit tenuis et refrigerans. Quoniam venenum quolibet anno reviviſcere dicitur vulnerato *) etiam eo tempore abſtineat ab uſu Zerumbetis atque omnibus aliis calefacientibus, ne recidivam incurrat, haud raro lethalem.

§. 8.

Nullum licet ſit dubium, ſummopere venenatam eſſe arborem Indicam, quae *Boa Upas* vocatur; variae tamen ſuperſtitioſae ſidemque minime merentes de illa diſperguntur, ab incolis aſtutis ignariſque Muhammedanis ſacerdotibus narrationes: *ad ſpatium 10 v. 12 milliarium ab arbore non creſcent ulla arbor, frutex, herba, vel*

*) Eiusmodi exempla in Africa auſtrali obſervavit celeb. D. Praeſes.

vel gramen. Forſan huius ſterilitatis cauſſa eſt quaerenda vel in ipſo ſolo lapidoſo *) vel in iudicio ignari peregrinatoris. In Africa enim campi plurium dierum itineris ſteriliſſimi et quaſi exuſti haud rari ſunt. *Ad puniendα peccata a Deo productam eſſe hanc arborem juaſu Prophetae Mahomet*, ſancte credunt Muhammedami, fidem adhuc minorem meretur. *In circumferentia 15 usque 18 milliarium nec homo, nec aliud quodcunque animale vivum, nec piscis in aquis obſervatur*, quod etiam eſt incredibile, dum latitudo Iavae conſideretur. In Africae ſicciſſimis deſertis per plures menſes, quibus pluviae vel roris ne minima quidem guttula cadit, peregrinator attentus nullum detegere valet animalculum, licet per quatuor plerumque alias menſes pluviales, plura animalia fera et ad pecora paſcenda ipſi Europae gentis incolae aridas has vaſtasque regiones viſitent. Arbor in Iava creſcens habitat in valle quadam, circumdata montibus altis vaſtisque ſilvis. Omnia loca Iavae depreſſa, imprimis aquoſa, ut mihi aſſeruit celeb. D. Praeſes, vaporibus a ſirio ardente excitatis ventibusque raro diſſipatis aerem nimis quantum infectum habent, corpora incolarum ad putredinem diſponunt et multitudinem eorum ſaepe ociſſime ad ſepulcrum trahunt.

*) In Iava ſolum deſcribitur arenoſum, brunneum nec non adeo lapidoſum, ut fere impoſſibile ſit ambulare in illa regione, quae venenatae arboris eſt natale domicilium.

DISSER-

DISSERTATIO
DE
MEDICINA AFRICANORVM.

D. 4. JUNII 1785.

RESP.
PETRUS ULR. BERG.

Multa remedia antiquitus in Pharmacopolia noſtra introducta et veteribus multum ſaepe decantata iam dudum eviluerunt et olivioni tradita ſunt. Multa quoque alia medicamina, quae proxime elapſis ſeculis primum innotuerunt, iam in officinas Pharmaceuticas illata quotidie a Practicis cum fructu praeſcribuntur illis, qui atrocibus excruciantur morbis. Horum quidem numerum, qui certe exiguus non eſt, ſufficere facile crederes, H L ad omnes tollendos humani generis cruciatus; ſed cum omnibus gentibus non aeque opportuna ſeſe offerat occaſio, haec ſibi acquirendi medicamenta, neceſſe fuit, ut va-
riae

riae nationes aliis uterentur medelis, ad quas facilior illis, vel earum in patria, vel in confiniis, aditus patet. Sic utuntur Ceilonenſes *ligno* ſuo *colubrino*, radice *Lopes* Mallabari, *Periploca indica* ad vomitum excitandum et *Plumbagine ceilanica* veſicatorii loco Cingalli, *Senega* et *Lobelia ſiphilitica* Americani, radice *Ninſi* Sinenſes et Iaponenſes, atque aliis alii.

Variae etiam in uſu ſunt tam apud Indianos quam Africanos remediorum ſpecies, quae adhuc ad cognitionem Europaeorum non pervenerunt, quales non paucas ſub ſuis itineribus in nuper dictis regionibus obſervavit celeb. Dominus Praeſes. Ex hiſce remediis ea, quae Africae auſtralis incolae imprimis in uſus ſuos convertunt, eligere mihi contigit: illa igitur ſuccincte deſcripta ſpecimine medico inaugurali publici iuris facere conſtitui, ea tamen ſpe, vt Tibi, B. L. conamina mea non fore diſplicitura.

---

1. GERANIUM *cucullatum*. Linn. Syſt. veg. Ed. XIV. p. 613.

Creſcit locis montoſis prope et extra Cap, in promontorio bonae ſpei.

Malvae plerumque herbam, ob vires cum Malva convenientes, incolae appellant.

Herba,

Herba, imprimis *folia*, parum odora et emollientia ſunt atque in ſacculis emollientibus ad reſolvendum et emolliendum adhibentur.

2. GERANIUM *triſte*. Linn. Syſt. veget. Edit. XIV. p. 615.

Creſcit in collibus et campis ſabuloſis inter Cap et Drakenſtein in Prom. bon. ſpei.

Radix huius rubra adſtringens eſt et ſiccata inque pulverem redacta ſaepius illis praeſcribitur, qui Diarrhoea et Dyſenteria laborant. Leviter adſtringit et cum fructu adhibetur, poſt laxans ad evacuandum ſaburram et acrimoniam datum.

3. BRYONIA *africana*. Linn. Syſt. veg. p. 870.

Creſcit in collibus montium prope Cap et alibi.

Davids-wortel dicitur ab Europaeis incolis.

Radix poroſa valde nauſeoſa guſtanti obvenit et imprimis a Belgis in uſum vocatur in lue venera et morbis exanthematicis.

Decoctum diureticum, quandoque catharticum et emeticum.

4. HAEMANTHUS *coccineus*. Linn. Syſt. veget. XIV. p. 316.

Creſcit ubique in dunis Capenſibus vulgatiſſimus.

Bulbus in Promontorio b. ſpei *Scilla montana* appellatus, albus, fibroſus et ſatis magnus locis altis ſiccioribus occurrit.

Acris et viſcidus vim exſerit incidentem et diureticam inſtar Scillae maritimae, ideoque ex illo acetum et oxymel ſcilliticum paratum in Aſthmate et Hydrope aliisque morbis propinatur.

5. ASCLE-

5. ASCLEPIAS *undulata*. Linn. Syſt. veg. XIV. pag. 258.

Creſcit in collibus prope Paradys, in Camenaſie et alibi in Africes angulo maxime auſtrali.

Bitter-wortel radicem amaram et acrem nominare ſolent Hollandi, atque ob vim eius diureticam utplurimum decoctum Hydropicis bibendum commendant; eundem in finem laude etiam extollitur *Aſclepiadis criſpae* radix.

6. RESOLVENTIA multa Africa profert; excellunt vero herbae ſequentes, ut *Ocymi* ſpecies; *Selago corymboſa*, quae tota ſuaveolens; *Lantana africana*, *criſpa* et *ſalviifolia*; *Salvia aurea*, *africana*, *paniculata*; *Geranium ciliatum et moſchatum*; *Tanaceta* non nulla; *Oſteoſpermum ſpinoſum* atque *Menthae* variae fragrantiſſimae et Camphorae odore praeditae.

7. GRAVEOLENTIA varia, et illa quidem repellentia exhibet Africa auſtralis medicamina ut *Melianthus maior*, *Eriocephalus* ſeu *wilde Rosmarin* dictus, foliis odore Tanaceti; *Diosma betulina*, *uniflora* et *pulchella*, quae Hottentottis *Bukku* dicitur.

Folia horum inter lapides in pulverem redigunt Hottentotti eoque corpus pinguedine ovina prius inunctum adſpergunt, unde odor eorum fortis et non adſvetis ingratus.

8. ARCTOPUS *echinatus*. Linn. Syſt. veg. XIV. pag 910.

Creſcit in collibus prope Cap vulgatiſſimus, infra latus orientale montium tabularis et diaboli.

Sapor. radix ingrata decocto mundificante ſaepe adhibetur, inprimis in Gonorrhoea.

9. Lo-

9. LOBELIA *pinifolia.* Linn. Syſt. veget. XIV. pag. 800.

Creſcit in montium lateribus prope Cap et alibi vulgaris.

Radix reſinoſa ſanguinem mundificandi vi pollet, rarius tamen uſurpatur.

10. RICINUS *communis.* Linn. Syſt. veget. XIV. p. 865. in omni fere villa extra Cap cultus.

Seminibus vi draſtica dotatis raro heic loci, fortiter purgandi cauſſa, utuntur incolae. oleum vero ex illis expreſſum et leniter alvum ducens inter optima remedia domeſtica numeratur, et ſaepe parvis, ſed iteratis doſibus, ſumitur.

11. ADIANTHUM *aethiopicum.* Linn. Syſt .veg. pag. 940.

Vrouwe Haar dictum, vulgatiſſimum creſcit in montium lateribus et foſſis circum urbem Cap. In *foſſis* montium ſatis communis filix cum *Adiantho capillo veneris* qualitate, viribus et uſu omnino convenit, nec non in tuſſi, raucedine et aliis morbis pectoris, ſub forma decocti ſyrupi propinatur.

12. ERIOCEPHALUS. Sub *Gnaphalii herbae* titulo apud Belgas in uſu eſt herba diuretica, in Hydropis variis ſpeciebus laudata.

13. MESEMBRYANTHEMA varia ſucculenta ſalſum praebent ſuccum, quem uſu diaetetico ad ſitim reſtinguendam Hottentotti ori admovent; incolae vero ex Europaea gente ad leviter adſtringendum in Aphtis et externe in combuſtionibus uſurpare ſolent. Succus vero fructuum *Meſembr. edulis* interne in Dyſenteria propinatur.

14. polygonum *barbatum*. Linn. Syſt. veget. XIV. p. 377.

Creſcit prope Cap et alibi in omnibus foſſis.

Herba iuxta foſſas in aquis creſcens, acris, ad oedemata pedum quandoque tollenda adhibetur.

15. lycoperdon *carcinomale*. Linn. Syſt. veg. XIV. p. 981.

Creſcit fungus hic oblongus in acervis argillaceis formicarum, in promontorio bonae ſpei.

Pulvis ater ad curanda ulcera cancroſa commendatur.

16. osmites *camphorina*. Linn. Syſt. veget. XIV. p. 783.

Creſcit iuxta rivos infra montes prope Drakenſtein et infra latus orientale montis tabularis.

Bellis herba et folia, appellatur ab incolis haec planta ſvaveolens.

Vis incidens, nervina et fortiter reſolvens; ſpiritus eius, *ſpiritus Bellidis* vocatus, eam ob cauſſam ſummopere commendatur in tuſſi, raucedine, et morbis pectoris aliis, licet nimis calidus nobis obveniat.

17. protea *mellifera* et *ſpecioſa*. Linn. Syſt. veg. p. 139 et 141.

Succus in capitulis florum copioſe collectus, ab inſectis filtratione purificatus, et leni igne inſpiſſatus uſum mellis praeſtat in morbis pectoris, raucedine, tuſſi, ceteris.

18. protea *grandiflora*. Linn. Syſt. veg. XIV. pag. 141.

Cortex arboris adſtringens ad ſiſtendas diarrhoeas utilis indicatur.

19. oxalis *cernua*. Linn. Syſt. veg. XIV. p. 433.

Copioſe creſcit locis cultis haec herba in Cap. b. ſpei, et ex ſuccu *Acetoſellae ſal* conficiunt Pharmacopoei.

20.

20. CROTALARIA *perfoliata*. Linn. Syſt. veg. XIV. p. 649.

Creſcit in interioribus Cap. b. ſpei regionibus.

Foliorum decoctum fortiter diureſin promovere creditur et cum ſucceſſu contra Hydropes praeſcribi dicitur.

21. TESTUDINUM *ſanguinem* ſiccatum magni faciunt ruſtici Africani in morſura ſerpentum et aliis venenatis vulneribus; ſanguinem itaque inſpiſſatum in theca ſervant ſecumque plurimi ſemper circumferunt.

22. FAGARA *capenſis*, arbuſcula in ſylvis interiorum regionum capitis bonae ſpei creſcens.

Hanc ſub nomine *wilde Cardamom* ſeu Cardamomi ſylveſtris incolae norunt et baccas aromaticas aliquantenus ingrati ſaporis, in colica flatulenta et paralyſi adhibere ſciunt.

23. ADONIS *veſicatoria*. Linn. Syſt. veg. XIV. p. 515.

Africanis: *Brandblad* ob vim urentem.

Creſcit in montibus prope Cap. iuxta Conſtantiam, trans Sveilendam, alibi.

Acerrimae et rubefacientis plantae folia in rheumatiſmo, iſchiade et variis aliis a frigoris et caloris viciſſitudinibus ortis morbis, veſicatorii inſtar, contuſa et externe impoſita quotidie fere corporis artubus adplicantur.

24. ALOË *linguaeformis*. Linn. Syſt. veg. XIV. p. 337. optimam et puriſſimam ex omnibus Aloes ſpeciebus gummi-reſinam ſtillat, qua in interioribus promontorii b. ſpei regionibus nonnulli incolae uti ſciunt.

25. SOLANA varia, imprimis *Solanum bonae ſpei* dictum.

Creſcit prope ſylvam Eſſeboſch et alibi; colitur in urbis hortis.

Baccae unguentis quandoque adhibentur, et folia in prolapſu vaginae atque uteri.

Succus herbae in unguentis ad depuranda et conſolidanda ulcera toto die adhibetur ab Africanis incolis.

26. ALLIA varia, odore forti alliaceo, in Africa auſtrali contra Hecticam, Vermes, Suppurationes incolis in uſu ſunt.

27. TULBAGIA *alliacea*, et *cepacea* Linn. Syſt. veg. p. 316.

Africae auſtralis, *wilde Knofflook.*

Creſcit in campis depreſſis inter oceani littus et ſeriem montium proximam alibique, ſemper locis arenoſis.

Radix bulboſa, tunicata, fibroſa, magnitudine pyri mediocris, odore gaudet alliaceo, nauſeoſo, fortiſſimo, diu permanente, et ad Phthiſin curandam proficua praedicatur.

TULBAGIA *cepacea* cum antecedente qualitate et viribus omnino convenit.

28. CAROXYLON *Salſola*, Linnaei SALSOLA *aphylla*. Syſt. veg. p. 264. Africanis *Cannaboſch* in locis ſaepe ſteriliſſimis creſcit.

Sal Sodae e cineribus huius confectum cum pinguedine ovina ſaponem Africanorum conſtituit, non raro tam uſu oeconomico, quam medico celebrem.

29. PIPER *capenſe*. Lin. Syſt. veg. ed. XIV. p. 74. Africanis *Startpeper* et *Boſchpeper* audit.

Creſcit in ſylvis Hauteniquas, Grootvaders Boſch et aliis ſylvis prope rivos.

Fructus ſpiritu vini maceratos, ſtomachica poſſidere vi non varie credunt incolae.

OBSER-

OBSERVATIONES
CIRCA
REMEDIA NONNVLLA INDIGENA.

D. 17. APRILIS 1790.

RESP.

LAURENTIUS MAGNUS HOLMER.

PROOEMIVM.

Qui corporis humani per adminicula anatomica artificioſam didicerit ſtructuram, quique ex ſignis noſologicis morborum variantium multitudinem inſignem noſſe ſtuduerit, multa adhuc deſiderat futurus Medicus, non minus neceſſario addiſcenda, antequam cum fructu et ſucceſſu debito praxi medicae ſeſe accingere debet et poteſt. Neque enim Diaeteticas regulas ignoret vel contemnat, plurium aegritudinum remotiores vel proximiores cauſſas, neque remediorum qualitates, vires, doſes et uſus. Quantum enim eſt neceſſe, morbum rite et ſufficienter noſci, atque ſpecies eiusdem diſtingui, tantum etiam neceſſaria evadit cognitio remediorum, quorum ope turbae in corpore

 ortae

ortae tolluntur et ſanitas deperdita reſtituitur. Obruimur utique in Pharmacopoliis multitudine nimia remediorum, quandoque numquam uſitatorum, aliquando omnino inutilium. Ut haec minuatur infructuoſa moles, utque Tituli non remedia tantum, ſed Pyxides inprimis venena ſalutaria contineant probata, neceſſe erit, ut obſervationibus adcuratis et experimentis rite inſtitutis vires et efficaciae eruantur medicamentorum. Haec conſiderans, dum in eo eſſem, ut ſpecimen inaugurale meditarer, paucis demonſtrare volui ſecurum et optimum effectum, quem ipſe expertus ſui quorumdam remediorum in patria creſcentium, in curandis morbis, hocce et praeterlapſo anno in Noſocomiis claſſicis obvenientibus. Fateor quidem lubenter, non ignotas eſſe ante vires illarum herbarum et radicum, quarum uſus exemplis confirmare animus eſt; ſed tamen credere fas erit, non omnino vanum fore meum propoſitum, ulterius experimentis et caſibus allatis harum virtutes et efficacias comprobandi. Tibi itaque B. L., placeat velim benigne reſpicere meos conatus qualescunque, quibus pro virili aliquid in augmentum ſcientiae ſalutaris eiusque certiorem praxin conferre ſum annilus.

I.

I. *Arnica montana.*

Non ultimum inter indigenas herbas ſibi vindicat locum. Illa non in eis ſolum provinciis, quarum illuſtr. Aſſeſſor HEDIN, in ſuo de hac herba, anno praeterlapſo, edito Tractatu mentionem facit, ſed etiam frequentius in Dalia, atque parcius in Vermelandia creſcit.

Per breve illud tempus, quo ad Noſocomia claſſica medicinam exercui, cum radix ipſa in Pharmacopolio raro haberi poſſet, herbam cum floribus ad febrem caſtrenſem, Synochum nempe Catarrhalem, curandam, non ſine eximio ſucceſſu adhibui atque hoc quidem modo praeparatam. Herbae cum floribus conciſae drachmos tres libra ferventis aquae infudi, et infuſum refrigeratum atque colatum, ſecunda quaque vel tertia hora, debitis antea adhibitis evacuantibus ad menſuram vaſculi Theae ſemis, aegrotis dedi, inprimis illis, quorum vires inde ab initio febris multum debilitatae fuerant, vel crebris diarrhoeis vel febris graviori diſpoſitione adeo decreſcentes, ut vera criſis ipſo naturae molimine veriſimiliter exſpectari non poſſet. Hocce medicamen eo modo atque illo cum ſucceſſu adhibitum fuit, ut periculoſus aegri ſtatus in melius mutaretur atque criſis perfecta plerumque obtineretur.

II. *Ledum paluſtre.*

In omnibus fere regni provinciis creſcit, praeter Bahuſiam, ubi illud non adhuc reperii ſponte creſcens.

Haec inter eas referenda eſt herbas Sveecanas, quae in Noſocomiis navalibus plurimum adhibita fuit et praeter eius in morbis cutaneis graviori-bus

bus optimum effectum, in diarrhoeis curandis maximum ſaepe praeſtitit uſum. Infuſum herbae eo modo adhibitum fuit, ut uncia ſemis libra unica ferventis aquae infuſa. Ex hoc infuſo refrigerato colatoque tria vel quatuor cochlearia ſaepius de die aegroto ſunt propinata, maxima vero cum prudentia et ad ſtatum aegrotantis habita attentione, ut ſi vel inſtantis delirii vel alius perturbationis ſigna apparuerint, doſis ſtatim diminueretur. Aliis remediis praeſtantioribus nihil ſaepe efficientibus, haec infuſio optatum produxit effectum.

III. *Valeriana officinalis.*

Sicut ſupra commemoratae plantae, ita et haec in omnibus fere provinciis patriae creſcit.

Radix huius, quae recentioribus temporibus ab illuſtr. Storck et Gmelin tantopere commendata fuit, laudes ſibi tributas vere meretur. Ut plures praeteream occaſiones, quibus eam adhibui, duos tantum graviores adferam caſus, in quibus optatum perfecte praeſtitit effectum.

I. Puella quaedam circa annos pubertatis, antequam menſtruatio apparuiſſet, graviori Epilepſia adflicta fuit, quae eam ſaltem ſemel quavis hebdomade adoriebatur. Laxantibus antea adhibitis, ad hunc morbum curandum plurima Emmenagoga, fruſtra tamen, adhibebantur. Tandem radicis huius herbae pulveriſatae drachma una, ter aut quater per quodque nyctemeron data, eum habuit ſucceſſum, ut poſt tres menſes prorſus pelleretur.

II. Foemina quaedam hyſterico morbo laborans et plures ante annos certis intervallis vehemen-

mentiſſimis convulſivis paroxyſmis, cum vomitu graviſſimo coniunctis affligebatur: deinde poſt felicem partum ab Hemicrania graviſſima, quotidie redeunte et ſeptem vel octo horas durante, vehementiſſime torquebatur. Lochia ſolitis temporibus fluebant ſufficienter. Ad eam curandam varia et caſui accommodata tentabantur remedia; nihil vero dolorem capitis minuere vel tollere potuit praeter Valerianam, quae poſt quatuordecim dies illum prorſus abolere valuit.

IV. *Lichen islandicus.*

In provinciis ſeptentrionalibus Sveciae creſcit frequentiſſime. Non ſolum in publicis Carolicoronae Noſocomiis ſed etiam in claſſe, praecipue ad Diarrhoeas protractas et chronicas atque etiam Dyſenterias curandas ut plurimum adhibitus fuit et quidem ſub forma decocti, cuius aegrotantes vaſculum chinenſe ſaepius de die optatiſſimo cum effectu hauſerunt.

DISSERTATIO
DE
NAVTARVM VALETVDINE TVENDA.

D. 23. DEC. 1795.

RESP.

OLAVS ACREL.

Inter varias illas, per quas humanum ingenium enituit, artes navigatio certe vel eo nomine appellanda eſt audaciſſima, quod nulla alia non ſanitati modo humani corporis, ſed vitae etiam conſpicua adeo minitetur pericula; et quanquam ars haec iucundae illi felicitatis ſpei, ad quam ab optimo numine creati videamur atque vocati maxime profecto deroget, ab antiquis tamen temporibus illius repetendae ſunt origines. At vero ut ceterae artes, ab exiguis admodum ortae initiis, lento gradu ad faſtigium pervenere ſuum, ita navigandi quoque diſciplina, dum littora legere ſatis haberent nautae, per longum omnino tempus, et gloriae et periculorum obtulit minus. Iam vero, cum a mitioribus coeli regionibus, quae tropicos intra continentur, ad frigora, quae in polorum vicinia ſunt acutiſſima, ubi nulla arbor recreatur aeſtiva aura, et nulla, niſi quae maris ſunt incolae, vitam ducere poſſunt animalia, uno

uno quaſi impetu ruunt nautae, intolerabiles qui ſub aequatore torrent, calores mox petituri, quum non vivis modo animalibus, ſed plantis etiam atque herbis exitialis ſit ſubita haecce mutatio, mirum ſane videbitur, hominem ſolum has ſuſtinere vices. Ad haec vero qui perpenderit, intra quam exiguum orbem is: plures per menſes vitam trahat, qui per maria currere inſtituit, a viventibus immenſo ſpatio, a morte dolato tantum remotus ligno, quam inſolito victu, quemque et longa dies et adparatus ipſe digeſtioni reddiderit incommodum, vita ipſi ſit ſuſtinenda, quam ſaepe per longum tempus gravibus defeſſa laboribus quiete reficere prohibeatur membra; quantum humiditas et intemperantia aëris, peſtiferis haud raro referti vaporibus, quantum aquae defectus ſalubrioris ſanitatem imminuant, qui his addiderit anxiam ſollicitudinem et atras imminentium curas, quae aëratas quoque ſcandunt naves, facile omnino exiſtimabit. genus hocce vitae, inter ea, quae homines eligere queunt, difficillima ſuo iure haberi — ſed

nil mortalibus arduum eſt.

Neceſſitates, quas ipſi ſibi finxerunt mortales, lucri cupiditas, et ipſa fortaſſe humani ingenii indoles, quod dum praeſentia et parabilia ſpernit, remota ſectatur, et mutationum trahitur deſiderio, navigandi forſitan ſtudium et artem excitarunt, atque aluerunt, quae deinceps conſuetudine aucta et increſcente in longius provecta audacia inter gentes neceſſaria habita fuit politiores, praeſertim cum hac arte et pacis oblectamenta et praeſidia belli ſibi invicem ſuppeditarint. Unde quoque factum. ut continuis caedibus et humano ſanguine omnia cruentata ſint maria; terram diceres non late ſatis ad noſtra patere funera.

Sed

Sed bella quoque abſint; vivendi tamen rationem qua uti coguntur nautae, plurimis iisque graviſſimis, ipſos obiicere morbis, teſtatur experientia; teſtantur, quae paſſim occurrunt, ſcripta virorum eruditiſſimorum, qui hoſce penitus exponere morbos, et iisdem ſapienti occurrere conſilio, vel ſollicita mederi cura ſibimet ſuſceperunt.

Non ea quidem eſt temporum noſtrorum facies, ut cum habemus Viros de ſanandi arte immortaliter meritos, W. Cockburn, J. Lind, J. Huxham, L. Rouppe, J. F. Baeckström, J. Pringle, Poisonnier, S. de Monchy, B. Mossely, G. M*. D. Mackbride, J. Cook, H. B. Aaskov, Callisen, et inter noſtrates Bjerkén atque Faxe, quorum opera vel ex aſſe, vel qua partem ſaltim hanc illuſtravere materiam, ad egregia tantorum virorum experimenta aliquid addere poſſint conatus iuveniles. Quum vero per longum ſatis tempus maris tentaverim vias, et inter non ita parvum nautarum numerum occaſionem amplam nactus fuerim, ad varias attendendi artes, quibus morbis eorum optime obviam eatur. Obſervationes haſce ſpeciminis Academici loco edere conſtitui, tuam, quisque haſce lecturus eo meditationes, veniam et cenſuram non expertus ſolum, ſed ſperans mitiorem.

§. 1.

Inter illas, quae, ſi felix inſtituatur navigatio, maxime neceſſariae ſunt, cautelas primum omnino ſibi vindicat locum cura, qua uti debet Navarchus, in ſanis eligendis claſſiariis, quam maxime ſollicita. Saepiſſime tamen accidit, ut haec neceſſaria adeo negligatur prudentia, dum nautae, quorum adflicta

adflicta morbis recens convaluere corpora, in naves ab ipſis vocantur xenodochiis, a longiori itinere in patriam reduces, naves iterum conſcendere coguntur. Horum illi chronicorum, qui ſanandi artem vel maxime eludunt, morborum, quales *icterus*, *hydrops*, *tibiarum ulcera et febris hectica*, in ſinu adhuc circumferunt ſemina, quin immo lui ſcrobuticae acceſſum praebent longe facillimum; hi vero contagiones febrium ſaepe fovent malignarum, quae reliquos omnes facile adficiunt claſſiarios. Illi omnibus cito impares inveniuntur laboribus, hi non periculi minus quam peſtis ipſa ſociis laborum minitantur. His quoque adiungi poterit non vera minus quam neceſſaria obſervatio, idoneum neminem futurum navigationi, niſi qui ad littora maris natus educatusve a teneris annis, dura navis mala perpeti inſueverit. Haec namque maris patientia maturis aut vergentibus iam annis raro adquiritur. Quae his neglectis cautelis evitari vix queunt incommoda, ita demum optime mihi quidem videntur tollenda, ſi dum bellicas naves conſcendunt nautae, chirurgo navigii cuiusvis primario, quippe qui phyſicam cuiuslibet conſtitutionem adcuratiſſime noſſe exiſtimandus ſit, id iniunctum eſſet officii, ut teſtimonio ſuo, quis idoneus, quisve ad navigandum eſſet inhabilis, integre iudicaret.

§. 2.

Naves ſic conſcendentibus alimenta ea eſſe videntur convenientiſſima, quae ab iis quam minime recedant quae per longam populi cuiusvis conſuetudinem naturae quaſi vim obtinuerunt. Cerealia ſemina ab omnibus fere populis paulo politioribus, ſi mite modo ſolum incolunt, adhibita

hibita eſſe invenies *). Haec vero ſemina vel in formam redacta panis, vel etiam decorticata, in modum pulmenti cocta uſui eſſe invenimus. Panis e tritico, ſecali, hordeo vel avena etiam confectus apud Europaeas gentes baſin quaſi alimentorum conſtituere exiſtimatur, et quantum etiam refragetur cel. LINGUET, hoc tamen ciborum genus non maxime ſolum parabile et ſervatu facillimum, verum etiam victui optime conducens, iure meritoque habemus, quippe quod in forma ſua ſolida materiem iam nutrientem paratam contineat atque fermentatam. Quod ad reliqua pertinet vegetabilia, quum per longius temporis ſpatium a putredine non niſi ſumma difficultate prohibeantur, perſaepe aut recentia ſunt comparanda, aut artis ita ſervanda adminiculo, ut ſalutifero victui inſerviant. Hoc quoque eo magis neceſſarium eſſe videbitur, quo certius conſtat, nautas, quo diutius et ab infantia his adſueverint, eo maiori cum incommodo iisdem deſtitui. Perpauca vero ita comparata ſunt vegetabilia, ut aëre ſiccata diu ſatis ſervari queant. Pleraque ſaporem amittunt, mucorem ſitumque contrahunt et putredine mox corrumpuntur. Unica, quam ars monſtravit, hoc evitandi ratio ea eſt, ut recentia adhuc comminuantur et fermentatione praeparentur; quo facto, in vaſis bene clauſis magno preſſa pondere, in futuros diu ſervari potuerunt uſus. Omnes hoc modo paratae *Braſſicae ſpecies*, prae aliis vero *Braſſica oleracea*, mul-

*) Sic variis populis varia nutrimento ſunt ſemina, inprimis cerealia, ut *Europaeis* meridionales regiones inhabitantibus, *triticum* et *ſecale cereale*, boreales vero *hordeum*, *avena*: Americanis *zea mays* Aſiae incolis *oryza ſativa*. Tartaris *Polygonum fagopyrum*, Afris *panicum miliaceum* et *holcus ſaccharatus*: Arabibus *holcus ſorghum*.

multaeque ſucculentae ſatis radices, qualis *Braſſica Rapa, Napo-Braſſica, Daucus Carota, Paſtinaca ſativa* cet. in arena aſſervatae magno cum emolumento, victui nautarum inſerviunt, ſi vel coctae, vel, quod melius eſſe docuit experientia, crudae apponantur. Quantum, dum cetera edulia deſunt vegetabilia, ad ſanitatem claſſiariorum ſervandam uſus *Braſſicae acidulatae* conducat, experimenta teſtantur ab Anglis per noviſſima, quibus terram circumnavigarunt, itinera, magno cum fructu inſtituta. Unde penes hanc gentem mos dein invaluit, ut in navibus non minus mercatoriis quam bellicis, magnam ſane huius edulei copiam imponant. In noſtris quidem Braſſicae fercula non prorſus ignorantur navalibus; ſed vel adhibentur rariſſime vel iuſta copia non ſuppeditant, iſta licet alimenta nautis domeſtica ſunt et nullo negotio parvisque impenſis comparantur. Illis, quae ex animali regno proveniunt, eduleis animalium adnumerantur carnes, per quas ſuillas quoque et piſcium intellexeris, et quae concreto animalium lacte formantur alimenta, butyrum videlicet et caſeus. Omnia illa victus genera cum ſale licet, quo corruptioni reſiſtant, neceſſario condiri debeant, non ideo tamen inſalubria atque noxia exiſtimanda ſunt, ſi modo ſalſugo ex aqua macerando eliciatur. Quod ſcorbutica illa mala, quae nautis praecipue communia eſſe ſolent, ſalſamentis, quibus victitant continuo, ſuam debeant originem, pervetuſta quidem fuit opinio et in vulgus recepta, quam vero cel. Lind inconcuſſis argumentis iam dudum refutavit. Interim tamen in morbis quibuscunque, imo in ſcorbuticis quoque malis, huiusmodi incongrua, immo noxia eſſe alimenta ideoque ſollicite fugienda, certiſſimo expe-

experientiae teſtimonio compertum eſt. Si namque vel febri quadam, vel rheumatiſmo febrili, vel alio morbido ſtatu labefactetur corpus humanum, vel etiam ſi externas paſſum ſit iniurias, fracturis aut ulceribus adflictum manantibus, minuitur ſemper ad ſanitatem pernceeſſarium illud digeſtionis negotium atque ſegnius indies redditur; quae cum ita ſint, ſalſamenta, quae dyspeptum nimis atque indigeſtum praebent nutrimentum, cuius uſus, novis accedentibus malis, morbi intendat neceſſe eſt vehementiam. Mirum itaque attentiori videbitur cuivis, quod non *gelatina carnium exſiccata*, quam Angli tanto cum fructu ſub itineribus adhibent, et *Portable Soup* vocare ſolent, inter edulia, quibus claſſis noſtra inſtruitur, meritum ſuum non obtinuerit locum, noſtro praeſertim tempore, quo e digeſtore Papini emendato, et labore et ſumtu illam parare didicimus minori. Mihi ſaltim victus hic aegris videtur quam maxime accommodatus. Horum in uſum ſufficiens quoque viventium animalium numerus in navibus videtur alendus, quodque in omnibus bellicis navibus, ſive maiores ſint ſive minores, laudanda omnino cura obſervant Dani. Fructus exſiccati, quaeque inde parantur fercula, morbo adflictis etiamnum reſervantur, nec tantum horum ſuppeditare poteſt, quantum ceteris ſufficiat claſſiariis.

§. 3.

Quin abundanti ſatis potu nautae quam maxime indigeant, nemo ſane dubitaturus eſt, cui in mentem venerit ſalſis perſaepe cibis ipſos uti, et torrenti licet preſſos coelo graviſſima tamen neceſſario ſuſcipere labores. Aqua certe et potui idonea, et huic rei inſervire ſolita facil-

facillime plerumque paratur, ſed nec illius quidem copia ſemper ſuppeditat, nec integra diu ſervatur. Cereviſiae quidem tenuioris ſolventibus e portu navibus aliquantum imponitur: ſed conſumta hac, aqua utendum eſt putrida ſaepe atque corrupta, frigida niſi et recens portus petendo alienos congeri poſſit. Exiſtimarunt quidem non ita non pauci, aquam a putredine, quam ſitu contrahit, tum demum eſſe ſervandam, ſi vaſa quibus contineretur fumo imbuerentur ſulphureo. Eorum vero conatibus eventus non reſpondit optimus. Si vero Acidum Vitrioli concentratum aquae fuerit immiſſum, finem hunc melius obtentum iri crediderim, vaſa modo acerrima tergantur cura, et frigida repleantur aqua, e currenti flumine vel fonte vivo haurienda. Aquam putridam iam, quo idonea potui reddatur, aceto quoque emendare ſolent nautae, quod aeſtate licet non ſitim modo reſtinguit, ſed ad ſanitatem quoque haud parum confert; verno tempore et per autumnum videtur minus e re eſſe. Anglorum tum maxime commendaverim morem, qui cereale vinum merum nunquam haurire ſolent, ſed multa aqua dilutum (*Grogg* apellant). In noſtris autem claſſibus merum ſumere iubentur nautae, quo hauſto maiori quidem ſtimulo, ſed dum hic dicto citius evaneſcit, per totum deinde diem aqua uti coguntur mucore et ingrato ſapore tetra atque horrenda, quae tamen, ſi cerealis non nihil adderetur vini, potui redderetur idonea.

Omnium tamen quaecunque reſtinguendae ſiti adhibentur ſaluberrima videtur cereviſia meracior, modo cocta ſatis fuerit atque bene fermentata, nec non lupuli ope, vel additis etiam turionibus pini, baccis iuniperi, aliisve amaris, rite

 fuerit

fuerit condita. Verum non ſalubritate tantum ſua, ſed eo etiam nomine ſeſe commendat, quod ſervari poſſit diutiſſime et aqua diluta ſitim optime allevet. Ceterum nec ea minus laudanda eſt cura, quae id agit, ut omnia praecidantur ea, quae ſitim quam maxime ſoleant excitare. Ita ſalſamenta nunquam ientaculi loco adponenda eſſe crediderim, tamen apud noſtrates moris eſt frequentioris. Piſces ſalſitudine durati, clupeam harengum nominaſſe ſufficiat, quibus nautae matutino tempore primam pellere inſueverunt famen, id certe adferunt incommodi, ut calore ſolis et laboribus fatigati graviſſimis, ad finem usque diei ſiti inſuper ardenti miſerum in modum torreantur. Unde cel. Faxe maximis commotus rationibus pultem quandam ipſis ientaculi loco ſuaſit adponendam.

Quod tantis effertur laudibus, *malthi infuſum*, medicinae magis quam potus loco videtur adhibendum. Qui valetudine utuntur, illius non indigent, aegro adflictis corpore non aeque ſemper conducit, dum Diarrhoeam interdum excitat, quae infirmum aegri habitum vehementius adhuc convellit. Ceterum non ideo negatum volumus, perſaepe etiam, dum malis levandis ſcorbuticis fuerit propinata, magnam ſane illius comprobatam fuiſſe utilitatem.

§. 4.

Quin tranſpirationi corporis in nauticis praecipue itineribus vel ſervandae vel augendae etiam maxima debeatur attentio, eum certe non dubitaturum confido, qui perpenderit, quantum hinc pendeat ſanitas; quantum haec porro, in organorum, quae digeſtioni propria ſunt, functiones vel adiuvandas vel prohibendas, vim ſibi arroget, cuique

cuique in animum venerit ſubita illa, quam per maria currentes toties ſuſtinent nautae coeli atque tempeſtatum mutatio. Inter omnes quae malorum ſcorbuticorum unquam commemoratae fuerint cauſſae primum ſibi locum ſine dubio vindicant clauſa vaporum cutaneorum ſpiracula. Cum per longum ſatis tempus in humidis iisdem veſtibus diurni ſuſtinendi ſunt labores, et nocturna capienda quies, fiat neceſſe eſt, ut per poros abſorbeatur potius quam eiiciatur, quae ſenſim contrahitur putredinis materia; quo facto minuitur primum appetentia cibi, cuius mox difficilior redditur digeſtio, unde diminutis, quae quotidie ſumuntur, alimentis, vitalitatem ſuam indies decreſcere ſentiunt partes corporis ſolidiores, quod in ſtatum iam abit perfecte putridum. Dum has corporis noſtri machina vices ſubit, horrenda illa ſeſe ſpectanda ſiſtunt mala, quae febres putridae, dyſenteriae putridae, rheumatismi chronici, oedemata artuum, hydropes et ulcerationes ſcorbuticae vocantur, ingens illa morborum cohors, quos graphice delinearunt morborum nauticorum ſcriptores. At dum eae adhibitae fuerint cautelae, quibus transpiratio cutanea vel continuo ſuerit ſervata, vel vitia etiam frigidi aut humidi aëris aliquando interrupta, cito tamen fuerit reſtituta, in id valuiſſe vidimus artis opem, ut nec ſcorbutici nec morbi putridi febriles alii occaſionem nacti ſint radices agendi altiores. Immortalis ille Cook, qui globum terraqueum totum eſt circumvectus, et regiones coelo preſſas rigidiſſimo intra circulum polarem non minus arcticum quam antarcticum ſitas viſit, atque experiundo cognovit, ſuo extra dubium poſuit exemplo, poſſe etiam in hac aëris intemperantia ſanitate exoptata frui claſſiarios,

modo artis inventa in ſubſidium fuerint vocata. Quod cum ita ſit, non ſane mirandum, quod non frequentioribus modo, ſed gravioribus etiam morbis confliċtentur ii, qui bellicas conſcenderunt naves, quam qui mercatorias tegere ſolent. Hi enim veſtibus, quas frigore aut humiditate preſſi ſubinde mutent, inſtruċti cernuntur lautius.

Si modum quaeſieris, quo morbis, qui per expeditiones bellicis inſtituendas navibus, aut longiora quaevis itinera vehementiſſime graſſantur, occurri poſſit quam certiſſime, ſequentes nobis quidem maxime neceſſariae videntur cautelae.

1) Nautis ea ad minimum veſtimentorum copia ſuppetere oportet, ut eadem ſemel, vel iterum, ſi neceſſitas urget, mutare queant; quod quidem non ad munditiem tantum, ſed ad ſanitatem etiam plurimum confert claſſiariorum, quae continuis obiicitur periculis, dum veſtitu eodem eoque humido perſaepe noċtem diemque agere coguntur.

2) Leċtulorum quoque penſilium (Hångmattor), quae nautarum ſunt cubilia, duplex eſſe debet numerus, ut per ſingulos menſes bis ſaltim abluantur, et ſaepiſſime ventis expoſita magna cura noxio liberentur madore.

3) Iis, qui in ſuperiori navis tabulato vigilias obeunt, tunicae eiusdem, quo vela, lintei in eum unicae ſervatae uſum induendae eſſent, quo faċto ab ea quae manantibus imbribus quave maris aeſtu ingruit, optime ſeſe tutarentur humiditati.

4) Quamquam mos ille, qui a nautis ſervari ſolet ut, quae inter navium tabulata haeſerunt

ſordes

ſordes aqua iniecta abluantur, ſua utique dignus eſt laude, tutius tamen a purganda nave iis abſtinetur diebus, quibus per aërem auram imbribus madentem, quae tabulatis haeſit aqua in auras iterum abire prohibetur. Ea nempe, quae intempeſtive adhibetur navigii lavatio, dum ſicciori aëre non licet exſiccari, copiam auget vaporum, quos per quietem, et ſub ſomno praecipue, attrahunt nautae maxime inde ſanitati ſuae experturi incommoda.

5) Saepius vero illa adhibenda videtur conſuetudo, quae ab antiquis ſat temporibus fuit recepta, ut ahenum infima navis parte collocaretur ardentibus plenum carbonibus, quibus iniecti minutiores iuniperi rami vel baccae aut alia eiusdem generis fomenta, fumum excitarent per quasvis navigii partes dirigendum inferiores *). Evanuit quidem illa, quae antiquitus fuit opinio, quaſi morborum impetus contagioſorum ſic tolleretur, ſed illum moris huius nullum unquam tempus negaverit uſum, quod calore ſuo, qua in contignationibus navium inferioribus conſpicua eſt, fumus optime disiiciat humiditatem.

6) Quo transpirationi conſulatur faciliori, ſolito etiam frequentius ſumi debent cibi atque potiones calentes. Sic per itinera ſua plurima excogitavit cel. Cook infuſa theiformia e herbis quibusvis aromaticis compoſita, quae calida propinari iubens, ſanos ſemper habuit claſſiarios.

 Dein-

*) Allum et forte efficaciorem aërem purificandi modum docuit cel. Morveau in Rozier *Memoires ſur la Phyſique*: qui conſiſtit in evaporatione Salis marini humectati ad pondus Libb. VI, cum acido Vitrioli concentrato in vaſe vitreo commixti, et prunis dein candentibus ſuper impoſiti.

Deinceps vero potio illa, qua frequenter utuntur Americani e *Pinu balſamea* parata, quemque nomine *Sprucebeer* in actis Reg. Scient. Acad. deſcribere adgreſſus eſt cel. Kalm *), in ſecundo, quo globum terreſtrem circumnavigavit, itinere anſam ipſi praebuit varias ignotas antea *Myrti* ſpecies in eosdem convertendi uſus. Noſtris quoque claſſiariis, dum in navibus detinentur, e plurimis, quae ſoli noſtri incolae ſunt, herbis haud paucae parari poſſent potiones, quae in theae formam calidae propinarentur. Indicaſſe tantum ſufficiat, *Petroſelinum*, *Marrubium*, *Meliſſam*, *Salviam*, *Hederam terreſtrem*, *Mentham*, *folia Tuſſilaginis*, *Hyſſopum*, *Betonicam*, *folia Ribis*, *et lign. Saſſafras*, quae omnia huic uſui congrua eſſe videntur. Vinum etiam cereale, cuius quotidianus, qui evaluit, uſus, non admodum videtur laudandus, ſi huic ſeponeretur uſui, multum adferret utilitatis. Modus vero id praeparandi convenientiſſimus is forte erit, dum baccis iuniperi, pini ſtrobulis, radice calami aromatici, vel aromaticis aliis conditum et aqua dilutum calida, addito, ut praeſens tulerit copia, ſucco citri, tamarindis, aut aceto vini praeſtantiſſimo, admixto etiam ſaccharo melaſſiano, propinaretur calidum, in illius formam potionis, cui nomen *Pounche* dederunt recentiores. Exigua vero huius potionis copia eo aptiſſime tempore nautis impertiri poſſe videtur, quo, finitis vigiliis, ſomnum iam ſunt capturi. Hoc etiam modo, quod urgente gravi quadam tempeſtate nautis dari ſolet, cereale vinum, maiori cum utilitate, poſſit componi: nec in dubium

*) Kl. W. Ac. H. 1751. Eandem quoque ex *Pinu Sylveſtri* cereviſiam praeparare docuit cel. Faxe K. W. A. H. pro A. 1780.

dubium facile vocaveris potum huiusmodi calidum atque imbutum ſpiritu, qui ientaculi hauriatur tempore, dum coelum tegitur imbribus et ventis agitatur mare, quam quod merum illud datur cerealium ſpiritus ignis ope elicitus, nullo interveniente vehiculo dilutus.

7) Corporis perſpirationem, aëris humiditate vel frigore vel utroque ſimul ſublatam, aut diminutam aromatica quaecunque et ſtimulantia reddere ſolent faciliorem. Quum vero aromata fere omnia, quippe quae caro nimis emantur pretio, vix videantur poſſe proponi, alia eiusdem fere efficaciae ciborum condimenta *cochleariam* loquor *armoraciam*, *ſinapi*, et varias inter *allii* ſpecies, *cepae*, eo largiori impertienda ſunt manu; haec namque et ſumtu parantur minimo, et ſi in ſicca deponuntur arena, diutiſſime uſui quotidiano ſervari poſſunt. Novimus quoque navarchum celebrem WINTER, quum in itinere per fretum Magellanicum ſumma rerum omnium inopia premeretur, urgente ipſa dira neceſſitate, ad ſananda vel impedienda ſcorbutica mala cortice uti didicerit, cui nomen poſtea dedit ſuum*). Si igitur merum hauriendum ſit cereale vinum, utiliſſimum omnino eſt quum amaris atque aromatis conditum parcius, et dum res ipſa poſtulare videtur, claſſiariis propinatur.

§. 5.

Praeter munditiem illam atque cultum, qui nautis non minus in corpore quam in veſtitu tanta ſe commendat neceſſitate, nihil aeque videtur neceſſarium ac ſollicita, quae adhibenda eſt, cura in purgando mutandoque aëre, qui tabu-

*) Drymis *Winteri*. FORSTER.

tabulatis clauſus navium, a vaporibus aquarum in ſentina ſtagnantium, ab incaleſcentibus alimentis ibidem repoſitis, nec non ſordidis et humectatis hominum in his locis dormientium et transpirantium veſtimentis, putredine cito inquinatur. Ceterum, quamquam cura haec non conveniat tempori, eo tamen praecipua eſſe debet, quo, per aeſtum maris, ventis agitati oſtia, ubi aſcendant deſcendantque claſſiarii (Lukor), et tormentorum globi emittuntur (Styckegluggar) et ceteras, quae in navi ſunt aperturas, ſaniori recipiendo aëri pandere non liceat. Praeterquam enim quod certiſſimae abſint credendi rationes, aërem anguſtiis locorum preſſum, per plurium hominum reſpirationem aëre ſuo vitali deſtitui, et ineptum ideo reddi, qui pulmones reficiat, illud quoque in dubium vocari nequit, graveolentibus illis atque putridis vaporibus, qui ab hominibus non ſanis minus quam morbo adfectis proveniunt, plurima ortum ſuum debere. Miaſmata, quae proximam praebent cauſam febribus illis contagione nocentibus, et mortiferis, quas ſcriptoribus rei medicae *caſtrenſium*, *obſidionalium*, *carceralium et navalium* nomine placuit inſignire. Obſervarunt iam dudum Huxham, Pringle et medicorum alii eruditione non minus quam experientia conſpicui, febres has praecipua graſſari vehementia, ubicunque maior hominum numerus anguſtos intra parietes claudatur, non evitentur ſordes et aurae raro duci poſſint puriores. Iis quoque in navibus qui paucioribus tenentur claſſiariis, minora obvia ſunt pericula, quam in bellicis, quae magnum admodum habent hominum numerum, quorum nonnulli etiam in tabulatis (under Dák) neceſſario verſantur inferioribus, ne officia interpellent

pellent nautarum. Noſter ille TRIEWALD et Anglus HALES de inventi ventilatoris gloria inter ſe contendunt; poſt horum vero conamina velorum ventis agitatorum ope maiori cum emolumento ſtagnantis aëris incommoda tollere adgreſſus eſt cel. SUTTON. Interim tamen non diffitendum, impetum illum aëris frigidi, quem vela excitarunt huiusmodi, non minimum ſanis pariter ac aegris adtuliſſe incommodi. Huic enim tribuendum cauſſae, quod catarrhi, pleuritides, acuti pectoris dolores varii, rheumatismi chronici et acuti, ſexcentaque eiusmodi mala, quae frigentibus ſubito membris oriri ſolent frequentius, tum furere ſint viſa. Certiſſime itaque et minimo cum periculo finem hunc ſummo iure exoptatum obtineri credimus, ſi antliae obtinentur pneumaticae, quas in aedificando navigio conſtruendas, et ſine ullo claſſiariorum ſalutis et vitae diſcrimine, dum res ita poſtulat, aperiendas edocuit non ita pridem nob. CHAPMAN, Vir de patria immortaliter meritus. Optandum itaque foret, ut, dum in publicos uſus novae poſthac exaedificantur rates, egregium hocce non negligeretur inventum.

§. 6.

Ad labefactatam iam corporis valetudinem eo facilius et felicius reſtituendam non minimi momenti ea cenſenda eſt cura, qua providetur, ut locus aegrotis ſit ad decumbendum commodus: ut ſtragula veſti utantur idonea, et ceteris inſtructi ſint rebus, quae uſui aegrorum inſerviant. Bellicis noſtris navibus in ſerie bombardarum inferiori poſitum eſt aegrotantium tentorium (ſjuktältet), qui quidem locus non incommodus eſt cenſendus, quamdiu tormentis non ſit utendum

dum; commiſſo vero praelio, horrendum in modum aegrotantium quies turbatur, diſcurſatione inprimis eorum, quibus tormentorum commiſſa eſt cura.

Quod ſi meam dicere liceat ſententiam, ſaucii atque aegro adfecti corpore reliqui in infima atque poſtica navis parte, quam (Flaſkebuldan) vocare ſolent, locum tenerent quam maxime commodum. Heic enim ſua ipſis competeret quies, nec acceſſu frigidi aëris mala ſua ſentirent augeri. Ad reliqua quod attinet commoda, quorum indigeant, quos morbi adflixerunt, claſſiarii, quum eadem ſint atque illa, quae in Noſocomiis bene inſtitutis in continenti terra haberi ſolita ſunt, per tranſcurſum opellae illa ſilentio liceat preterire.

§. 7.

Quum ventus, qui in terra lenius ſpirare ſolet, naturae homines maxime conveniat; non mirum profecto, quod adflictae nautarum vires reficiantur, imo graviſſimi quoque medelam ſentiant morbi, ut primum terrae continentis veſci queant aura. Quod quum extra omne poſitum ſit dubium, portus, quotieſcunque fieri potuerit, petendi ſunt, quo ſimul recentia comparari poſſint alimenta, et quod praecipuum eſt, ut nautae labore, imo feſtivis quoque ludis in ſalubriore aëris corpus exerceant temperie, quam quae in anguſta habetur navi. Eos namque inprimis labores, qui ſub dio ſuſcipiuntur, ad ſalubritatem corporis plurimum facere, certiſſima teſtatur experientia. Veritatem hanc optime ſibi perſpectam habens, qui nunquam ſine honore nominatur, cel. Cook ſuos ſemper laboribus exercuit nautas, ſive portum teneret, ſive aequore iacta-

iactaretur navis; et cum deeſſet vires ipſorum exercendi occaſio, quod nuperrime laboribus effecerant ſuis, quaſi infectum de novo iuſſit peragere. Quamquam enim certiſſimum eſt, nautarum deſidiam ſcorbuticis eorum morbis cauſam, quam ſaepiſſime praebere. unde ill. Anson quoque et cel. Rouppe adcuratis firmarunt obſervationibus, e ſeptem, qui ſcorbuto fuerunt correpti, quatuor ad minimum claſſicos fuiſſe milites, qui laboribus non aeque potuerunt exerceri; temere tamen et praedure egeris, ſi omnes eos vocaveris deſides, qui movere non ſuſtineant membra. Summa namque corporis debilitas, coniuncta cum difficultate ad motus corporis perficiendos, primum idque continuum ſcorbuti eſſe ſolet indicium.

Multi vero hoc morbo correpti, non ſine inſigni omnium admiratione, intra breviſſimum temporis ſpatium convaleſcunt claſſiarii, ut primum ipſis contigerit continentem viſere terram, modicis ibi membra exercere laboribus, et vegetabilium exhalationibus refici balſamicis.

§. 8.

Quae potiſſimum, valetudinis ſervandae cauſa, in quovis portu, quaerenda ſint vegetabilia, eo minus praeſenti opella nobis ſuſcipimus enarrandum, quo certius conſtat, pro ut copia fert regionis, cui adpellitur navis hoc eſſe ſtatuendum. Dixiſſe tamen iuvabit, meridionales Europeae praeternavigantibus oras, citri, aurantiorum et limonum poma non ita magno parari pretio, et aliquamdiu quoque in agrotantium poſſe ſervari uſus. Inter ſucculentas radices, *ſolanum, tuberoſum (Potatoes)*, *Battatas (Yams)*, alias ut

ut praeteream. praecipue nominari merentur quam *Daucus* praebet *Carota*, cui non id ſolum adeſt commodi, quod ſiccae, ubi committitur arenae, integra diutiſſime ſervetur, quodque victum praebeat ſaluberrimum, ſed illud etiam vel maxime conſpicuum, quod ulceribus ſcorbuticis tibiarum adplicita effectum prodat antiſepticum exoptatiſſimum, unde uſus illius in maioribus minoribusve, per mare inſtituendis itineribus, nunquam ſatis nobis quidem videtur commendari. Optandum etiam foret, ut, labentibus annis in terris mitiori ſubiectis coelo, egregia ſua claſſiariis noſtris alimenta olim praebeat ARTOCARPUS, quam in occidentali India illatam, ſummo ſtudio, nec minori ſumtu colere adgreſſi ſunt Viri, quos, vel eo nomine, de humano genere immortaliter meritos grata fatebitur poſteritas.

OBSER-

OBSERVATIONES IN PHARMACOPOEAM SVECICAM.

PARS PRIOR.

D. 30. JUNII 1796.

RESP.

ERICUS STENO BOGMAN.

Commune hoc cum ceteris ſcientiis pharmacia paſſa eſt damnum, quod cultores eius, non ſatis habentes in ſcrutatione naturae, quae libens alias penetralia ſua ſedulis ſui veſtigatoribus aperit, veritatem ſectari et in ſimplicitate eius acquieſcere, naturae limites temere transſiluerint, et in regiones, extra ſphaeram captus humani ſitas, ludibundi exſpatiati ſint. Supra vulgum etiam ſapere geſtientes et in admiratione ſtupidae plebis alimenta faſtui ſuo quaerentes, myſterii involucro arcana, quae venditarunt, obtexere et magiae ſpeciem prae ſe ferentes, naturae domini quam miniſtri ſalutari maluerunt.

Hinc ad fictas et pro arbitrio multiplicatas medicaminum compoſitiones prolapſi ſunt, et in parvo numero compoſitorum vires cunctorum ſimplicium collectas ſeſe habere crediderunt. Sic

Sic factum eſſe crediderim, ut tot medicamentis compoſitis pharmaacopoeae obrutae fuerint; at quo certiori iam conſtitit experientia, res non eſſe multiplicandas praeter neceſſitatem, eo quoque magis ſibi utile duxerunt magni nominis pharmaceutici, ad ſimplicitatem naturae reverti, et veſtigia eius relegendo, ad eam pervenire de uſu et viribus medicaminum cognitionem, quam nulla alia via ſibi acquirere poſſunt mortales.

Therapiae etiam et ſanioris Pathologiae progreſſibus hoc debetur, quod, quo diligentius in cauſſas morborum isque medendi rationem inquiſitum fuerit, eo quoque acrior ad vires medicamentorum explicandas verſa fuerit attentio. Multa itaque iamdiu medicamenta tam ſimplicia, quam compoſita e Pharmacopoeis migrare iuſſa ſunt, et nova ſimplicia, quorum vires in dies magis magisque inveſtigantur, in medium prolata. Operae b. m. Archiatri Báck hoc in primis in Svecia acceptum referimus, quod pharmacopoea noſtra, antea ſatis deformata, meliorem induerit formam, et intra quatuor luſtra quater emendata ad eam aſcenderit perfectionem, ut cum plerisque exterarum gentium Pharmacopoeis de principatu contendere poſſit.

Interim tamen, quum nova, quae unanima fere chemicorum ſuffragia tulit, Theoria Chemiae Antiphlogiſticae novum aperuerit humano ingenio campum, ſimulque curatior in dies vaſti naturae regni ſcrutatio nova obtulerit obiecta, uſui Pharmaceutico accommodanda, nemini mirum eſſe poteſt, eſſe etiamnum in Pharmacopoea noſtra, quae limam requirant.

Specimen qualecumque academicum edituro mihi haud incongrua viſa eſt haec materies, utpote

pote quae ſcientiam, cui nomen profiteor, medicam proxima cognatione attingat, licet ingenue fatear, me hoc in argumento eligendo, ſtudium, quo in ſcientiam nobiliſſimam feror, magis conſuluiſſe quam tenuitatem virium, quas huic rei rite pertractandae nomine ſuffecturas ſentio. Veniam tamen conatui iuvenili facile me impetraturum ſpero ab iis, qui, iuſti rerum aeſtimatores, leve chartae et temporis dispendium, in re ſaltem nobilis argumenti haud indignabuntur, quum ſimul indicavero, non ſine ſuperiorum ſuaſu huic memet operi accinxiſſe.

In duas opuſculum hocce diviſum edere conſtitui partes, quarum prior in *ſimplicibus* Pharmacopoeae ſvecicae, poſterior vero in *praeparatis et compoſitis* verſabitur examinandis. Poſteriorem autem, ulteriori, ſi res et aetas permiſerint, ſpecimine academico tractabo. Priorem, quam heic exhibeo partem, in duas rurſus diſtributas volui ſectiones, ſimplicium *eliminandorum* ſcilicet et *addendorum*,

Quae vero fundamenta ſequi conſtituerim, quidque ſit vel ſimplex vel praeparatum et compoſitum medicamen, in anteceſſum exponere mearum eſſe partium iudicavi.

In principales duas, galenicam ſcilicet et chemicam pharmacia abire ſolet partes; quae prior, a Galeno illuſtriſſimo ſecundi ſaeculi medico, ſuum ſortita eſt nomen. quoniam ſuo tempore, quo in tenebris adhuc latuere chemicae ſcientiae, non niſi mechanice praeparatis uſus eſt medicamentis; quam ob rem noſtro quoque aevo mechanica omnia praeparata. inepte licet, galenica nuncupantur. Chemicae autem eiusmodi ſunt operationes, quibus partes corporis

cuius-

cuiusdam conſtituentes vel perfecte ſecernuntur (Analyſi Chemica) vel quibus duo vel plura corpora, inter ſe diverſa in unum rediguntur, et homogeneum quoddam conſtituunt corpus etc. In determinando autem diſcrimine galenica inter et chemica praeparata non omnes conſentiunt Pharmaceutici. Medicaminum enim haec diviſio ſuis non caret difficultatibus, ut in omnibus fieri adſolet ſyſtematicis diviſionibus; plura enim medicamina, quae vere ſunt chemica, mechanice tantummodo videntur mixta, et chemice praeparata mechanicam ſaepiſſime requirunt operationem. Palmariae autem hae duae diviſiones plures admittunt ſubdiviſiones, de quibus chemicis in poſteriori opuſculi huius parte mentionem faciam. Mechanicas vero omnes operationes ad tria referre poſſumus genera:

1) Ad ſubtiliſſimam partium integrantium ſeu ſimilium diviſionem, ut in Antimonio praeparato, Corall. rubr. praeparat. etc.

2) Ad ſeparationem heterogeneorum et partium inutilium, principia chemica eiusdem corporis non conſtituentium, ut decantationem, filtrationem, expreſſionem etc.

3) Ad compoſitionem plurium corporum invicem alienorum, ita etiam ut partes unius cuiusque corporis integrantes ſenſuum externorum ope invicem diſcerni vix poſſint, nullam licet partes corporum conſtitutivae ſubierint proportionis et qualitatis mutationem, uti in pulveribus compoſ. electuariis, pilulis, emulſionibus, ſpeciebus, unguentis et emplaſtris etc. Huius generis medicamina *compoſita* dicimus.

Praeparata vero ea appellamus medicamina, quae chemicis confecta ſunt operationibus.

Simplex

Simplex illud vocamus medicamentum, quod, nulla praevia chemica operatione, proportionem atque aequilibrium partium conſtituentium deſtruente, in uſu medico absque ulla adhibetur admixtione, quale ſolius naturae opera prodiit. Multa igitur Pharmacopoeae noſtrae dicta praeparata vel compoſita non niſi vere ſimplicia ſunt: partes enim eorum eſſentiales nullam ſubiere deſtructionem, ſolummodo autem purificationem, vel aliam quamcumque mechanicam operationem, qua uſui reddita ſunt aptiora. Haec medicamina titulo ſimplicium praeparatorum rectius quidem indicarentur, qualia ſunt: Antimon. *pptum*, Adeps curata, Stannum pulver. etc.

Iam autem ad regulas progrediar illas, quas in hisce meis ſequi conſtitui obſervationibus.

Dispertiendi medicamina non una arriſit Auctoribus ratio. Aptiſſima autem cenſetur, quae naturae regnorum et dein partium in officinis ſervandarum reſpectum habet, alphabetico in hisce ſubdiviſionibus ſimul adhibito ordine. Et quamvis, ut antea adſerui, ſyſtematicas omnes aegre ferat natura diviſiones, adeo ut termini inter vaſtiſſima naturae regna valde videantur indefiniti et ambigui, minuta tamen haec incommoda, eum non aequant uſum ordinemque concinnum, quem hae medicaminum pariunt diviſiones.

Simplicia ergo Pharmacopoeae Svecicae in tres magnas ſecundum naturae regna digerere claſſes, ineptum haud quaquam videretur alphabetica ſerie in hisce non neglecta diviſionibus. Quod ad regnum dein attinet vegetabile, aptiſſimae quidem viderentur minutiores quaedam ſubdiviſiones reſpicientes partes in officinis ſervandas, uti radices, cortices, ligna etc. adhibitis

ſimul ad uniuscuiusque minutae huius ſubdiviſionis initium canonibus quibusdam in hisce partibus colligendis, purgandis, ſervandis etc. quoniam autem ſaepenumero evenit, ut plures partes eiusdem plantae in officinis locum teneant, ſic illud etiam oriretur incommodi, quod, eadem planta pluries citata, paululum creſceret operis moles. quam ob rem, minutiores hae ſubdiviſiones ut Catalogo ſimplicium adhibeantur, ſuadere vix audeo. In hocce autem opuſculo indicatam ſequi inſtitui diviſionem.

Quanti quidem communis interſit ſalutis, totiusque rei medicae, ut ſincera atque proba ſint medicamenta, nemo ignorat. Triſtis autem teſtatur experientia, horum permulta a ſceleſtis hominibus lucri cauſſa corrumpi; criteria igitur, quibus genuinum medicamen a corrupto et vitioſo diſcernatur, in Pharmacopoeis recenſere, maximum quidem adferret praxi medicae emolumentum; hoc itaque noſtra in Pharmacopoea eſſe omiſſum doleo. In Pharmacopoeis enim, quae non ſolum Pharmaceuticis, verum etiam ipſis medicis normam ſiſtere debent, has notas ſilentio haud eſſe praetereundas contendere audeo.

Multum quidem lucis atque facilitatis Pharmacopoea noſtra in eo iam lucrata eſt, quod nomina Pharmaceutica, a viribus medicaminum antea deſumta obſcura et quaſi myſtica, iam dudum antiquata et proſcripta ſint, et nova, partes medicaminum conſtituentes ſpectantia, introducta. Quum tamen Chemici Antiphlogiſtici felicem adeo operam in principiis corporum eruendis atque examinandis collocaverint, et nova nomina incognitis antea rebus imponere ipſis neceſſe fuerit, a ſimpliciſſimis corporibus ad maxime compoſita, continuata opera, progreſſi ſunt, et nomina,

nomina, compoſitioni partium conſtituentium accommodata, medicaminibus adſignarunt. Hanc itaque nomenclaturam, utpote expeditiorem et Theoriae, quae iam in chemia regnare incipit, accommodatam, in Pharmacopoea noſtra adhibendam eſſe, tuto contendere poſſe mihi videor.

Inter ſimplicia Pharmacopoea Svecicae multa occurrunt medicamina, quae in ſimplicium numerum haud quaquam recte referuntur, vere autem ſunt compoſita et praeparata uti Sapo, Spirit. Vini Gall. ceteraque, in quae ſupra allata ſimplicis medicaminis non quadrat definitio. Haec ergo omnia praeparatis et compoſitis rectius adnumerari, et ſimplicium catalogo eliminari iudicavimus. Et plura licet horum medicaminum a peregrinis terris ad noſtrates transferantur Pharmacopolas, iuſtam tamen nullam in eo video rationem inter ſimplicia illa referendi.

Haec fere ſunt ea fundamenta, ſecundum quae varia Pharmacopoeae noſtrae ſimplicia, partim ut ſupervacanea vel effectu carentia, partim ut vere compoſita et praeparata a ſimplicium catalogo arcere conſtituimus. His vero eliminatis, quaedam etiam ſunt addenda, in quorum vim atque uſum ſtabiliendum noviſſima conſpiraverunt experimenta. Completam quamdam et ſufficientem prorſus hisce acceſſionibus ſubiungere deſcriptionem, chemicam analyſin, vim uſumque medicum, mearum eſſe partium iuſto quidem iudicatur; omnem autem hac in re explere deſiderii exſpectationem, nec locus nec infirmae meae ſinerent vires. In quantum tamen fieri poſſit, annitar.

SECTIO I.

SIMPLICIA ELIMINANDA E REGNO MINERALI.

AMBRA GRISEA ut ſemper adulterata iuſto eliminatur, quum praeterea uſus eius totus quantusque obſoleverit.

ASPHALTUM in ulceribus pulmonum olim adhibitum fuit, iam vero in deſuetudinem abiit.

HAEMATITES in medicaminum numero utique eſſet retinendus, ſi ſuperſtitionibus fides habenda eſſet. Quum vero iam ex certa conſtet experientia, hunc lapidem, ſeu potius oxidum ferri induratum, cum ſtipticis iam uſitatis, nullo modo poſſe comparari; tuto idem excludere poſſumus. In tenerrimum pulverem contritum, vi quidem gaudet, cum ceteris oxidis ferri, communi, adſtringendi ſcil. et exſiccandi; antiquus vero eius uſus adeo erat perverſus, ut nihil omnino fructus inde exſpectari oportuerit *).

PRAEPARATIS ET COMPOSITIS ADNUMERARI DEBENT.

ACIDUM VITRIOLI FORTE ſ. AcidumSulfuricum.

AERUGO ſ. Oxidum Cupri viride.

CALX

*) Ad quaſcumque Haemorrhagias ſiſtendas, veteres, hunc lapidem intra manus compreſſum aut axillis ſuppoſitum, tenebant, certiſſima illa imbuti perſuaſione, ut efficacius ullum vix exiſteret remedium.

CALX USTA *a*) ſ. Calx.

CERUSSA ANGLICA ſ. Oxidum Plumbi album.

LITHARGYRUS ſ. Oxidum Plumbi ſemivitratum.

MINIUM ſ. Oxidum Plumbi rubrum.

POMPHOLYX ſ. Oxidum Zinci album.

SAL AMMONIACUM ſ. Murias Ammoniacae *b*).

SODA *c*).

TUTIA ſ. Oxidum Zinci cinereum *d*).

a) Ut praeparatum, non vero ut compoſitum conſiderari debet.

b) Sal hocce natura etiam, quamvis admodum parce, proprio producit marte ad montes ignivomos, Solphataram in Italia, aliisque quibusdam locis; rarius autem purum, ſed aliis ſalibus, ſulfure, quandoque etiam Oxido arſenici inquinatum; quare in praeparatorum et compoſitorum numerum heic illud referimus.

c) Inter ea quidem eſt corpora quae Antiphlogiſtici per Analogiam collegerunt eſſe compoſita, quorum tamen principia per analyſin eruere fruſtra tentaverunt; inſtituti vero ratio iubet, ut inter praeparata Sodam referam, quum artis ope ſit confecta.

d) Praeter haec quaedam etiam in regno minerali obveniunt medicamina, quae et factitia et nativa in officinis ſervantur, ut *Sulfas Acidulatus Aluminae*, *Oxidum Arſenici Sulfuratum Flavum*, *Sulfas ferri* etc. quaedam etiam, quae artis beneficio e naturae ſinu eliciuntur, ut *Nitras potaſſae*, *Sulfas magneſiae* etc. haec vero omnia ut naturae ipſius foetus in ſimplicium numero manere conſtituimus.

SIMPLICIA ELIMINANDA
E
REGNO VEGETABILI.

RADICES.

ACETOSAE Radix, ut nulla fere gaudens vi, in deſuetudinem prorſus abiit.

ACONITI Radix in officinis rariſſime, imo nunquam, obvenit; extracto enim de foliis herbae recentis parato, merito palma defertur.

APII Radix in culinis potius, quam Pharmacopoliis locum teneat.

CHELIDONII Radix in oblivione iuſto iacet.

CHINAE Radix inertium medicaminum numerum auget.

CONSOLIDAE Radicis tota vis reſidet in mucilaginoſo; quare in eius locum *Althaeae* radicem merito ſubſtituimus.

CONTRAIERVAE Radice omnino carere poſſumus, et potentiorem vim in univerſum *Serpentariae* tribuimus.

DICTAMNI ALBI Radicem in officinis ſervare non operae pretium eſt.

FOENICULI Radix iuſto eliminatur, quum non niſi recens quemdam exſerat effectum.

MANDRAGORAE Radicem in officinis nunquam fere obvia, idque merito. *Belladonna* enim huic palmam omnino praeripit in ſcirrhoſitatibus glandularum reſolvendis. Levamen illud momentaneum, quod Arthriticis adtulit doloribus, vi eius narcoticae tribuendum eſt; adeoque in opio tutius habemus ſedativum.

PATI-

PATIENTIAE Radix recens alvum leniter movet, quae vis ſiccatione prorſus perit.

PETROSELINI Radicis uſus culinaris. Seminibus evidentior ineſt vis diuretica.

POEONIAE Radicis virtuti antepileptica, nulla fides hodie habetur.

PTARMICAE Radix ſuperflua omnino eſt, quum vires eius proxime accedant *Pyrethri* radici, quam in huius locum ſubſtituere poſſumus.

SCORZONERAE Rad. exſtimatio prorſus deſuevit.

SISARI Radicis uſus culinaris.

VINCETOXICI Radicis vis quodammodo cum *Valerianae* convenit; inſigniter vero inferior, quam ob rem merito eliminatur.

CORTICES ET LIGNA.

ARISTOLOCHIAE TRILOBATAE Stipites iure meritoque reiicere poſſumus, quum vim uſumque illorum nulla confirmaverint experimenta, quare etiam in Pharmacopoliis non obveniunt. Radix vero a veterinariis praeſcribitur.

BETULAE Lignum, quod in officinis locum teneat, non ſat dignum cenſetur.

BERBERIS Cortici purgandi vis adſcribitur. An vero deſunt praeſtantiora laxantia?

MORI Cortex in hodierna medicina nunquam adhibetur; ceteris anthelminticis iuſto deferimus palmam.

HERBAE ET FOLIA.

AGARICUS (Boletus Laricis) lente quidem alvum movet, nauſeam vero, tormina et vomi-

 tum

tum creat; et quum ſufficientem habeamus laxantium numerum, hocce facile carere poſſumus. In medendo etiam ſudoribus Phtiſicorum colliquativis, complura alia ei antecellunt medicamina.

ANETHI Herba a medicaminum Catalogo iuſte abiudicatur.

BASILICI Herba vires multo inferiores ſunt *Mentha crispa et Thymi*, quae ergo in huius locum ſupponantur.

CERASI Folia

CHELIDONII Herba et

DAUCI Folia nulli inſerviunt uſui medico.

DICTAMNI CRETICI Folia prorſus ſunt inuſitata.

DRACUNCULI (Herba recens) uſus culinaris.

ESULAE Herbae uſus totus quantus conſenuit.

LEVISTICI Herba, recens iners haud dici poteſt, vis vero eius adeo eſt volatilis, ut ſiccatione prorſus evaneſcat. Radix et ſemina ſunt efficaciora.

MALVAE Herba quidem gaudet vi emolliendi et involvendi; *Altheae* vero tam radix quam folia iure praeferuntur.

MATRICARIAE Herba minime ut ſterilis, ſed ut ſuperflua reiicitur, quam nullam omnino prae *Chamomilla Noſtrati* poſſideat praerogativam.

MATRISYLVAE Herbae vires adeo ſunt ambiguae, ut rariſſime, imo nunquam adhibeatur. Contra Hydrophobiam ei adſcripta efficacia tantum non coniecturis nititur, adeoque certiora et ſecuriora habemus remedia.

MORI

MORI Foliorum nullus uſus in medicina.

MUSCUS ERECTUS in praxi medica prorſus deſuevit; in loco vero ſuo natali, decocto eius *ruſtici* utuntur ad pediculos pecorum abluendos.

MYRTI BRABANTICAE Herbam in officinis ſervare non operae pretium eſt, quum *Roris Marini Sylveſtris* herba in eius locum meritiſſimo ſubſtitui poſſit.

ORIGANI VULGARIS Herba eadem vi cum *Mentha criſpa* convenit, quam etiam in huius locum ſubſtitui poſſe cenſemus.

PARIDIS QUADRIFOLIAE Herbae uſus adeo eſt ambiguus, ut iure in Pharmaceutico apparatu retineri haud poſſit. Suſpectam hanc plantam, in Spasmodicis morbis, haud alium ac opium exſerere effectum, tuto colligere licet. Uſum igitur opii in hisce caſibus tutius commendamus.

PERSICARIAE Herba in medicina tota quanta neglitur.

SAPONARIAE Folia omni iure excludi poſſunt, in primis quum *Radix* vices eorum ſuſtinere poſſit.

SATUREIAE Herba ſuppar eſt *Thymi*, ſed ut imbecillior eliminanda.

SOLANI Herbam oblivio merito obruit. *Dulcamarae* enim Stipites in univerſum ſunt anteponendi.

SUMMITATES, FLORES ET PETALA.

GRANATI Flores Adſtringentium numerum immerito augent.

HYPERICI Summitates florentes nimiam eam minime merentur laudem et opinionem, quam de illis ſibi finxere maiores. A Compoſito eorum medicamine (Oleo Hyperici), vix ulla exſpectanda eſt efficacia, niſi in amoeno eius colore reſideat.

LILII ALBI Petala inertium medicaminum adaugent catalogum. Oleum Lilii albi, nullo modo, niſi odoris cauſſa, Oleo Olivarum anteponitur.

PRIMULAE et

TILIAE Flores apparatum Pharmaceuticum inuſitato adaugent remedio.

FRUCTUS ET SEMINA.

ANGELICAE Seminibus carere quidem poſſumus, quum vis eorum cum radicis congruat, quam ut efficaciorem in horum ſubſtituamus locum.

CARDUI MARIAE et

CUCURBITAE Semina neutiquam ſunt neceſſaria, quum Amygdalos illis ſupponere praeſtet.

FABAE Seminibus nullo modo palmam deferre poſſumus prae farina communi.

FRAXINI Semina vis omnis expertia ſunt.

PAPAVERIS Semina, omnis fere Narcotici expertia, alimento potius, quam medicinae inſervire poſſunt. Multum quidem continent blandi oleoſi, cuius tamen uſus haud alius quam Olei amygdali.

POEO-

POEONIAE Seminum antiqua exiſtimatio omnino eviluit.

PSYLLII Semina prorſus ſunt ſuperflua; quando Semina Cydoniae ſimul habemus.

RESINAE ET GUMMI RESINAE.

ANIME Reſina et

BDELLII (Gummi reſina) merito deſuevere.

SAGAPENUM (Gummi reſina) reſolvendi vim quidem habet; ſed *Aſſa Foetida*, *Gummi Ammoniacum* et *Galbani*, huic eius virtuti inſigniter antecellunt.

Inter *Balſama* illud e MECCA merito eliminatur, quum genuinum numquam ad nos transferatur; eumdem de cetero a *Terebinthina cocta* exſpectare licet effectum.

PRAEPARATIS ET COMPOSITIS ADNUMERARI DEBENT.

Acetum vini (Gallicum).
Amylum.
Cinis Clavellatus ſ. Potaſſa impura.
Fuligo Splendens ligni.
Oleum Betulae Epidermidis.
Oleum deſtillatum Caryophylli.
— — Caieput.
— — Macis.
Chamaemorus Fructus Conditus.
Lacmus.
Rubus Arcticus Fructus Conditus.
Sapo Albus.
— Niger.
— Venetus.

Oleum deſtillatum Origani Cretici.
— — Rhodii, quod etiam excludi poteſt, ut odoramentum quod grandiori venditur pecunia, et prae Ol. Aurantii et Ol. Cedro *) nihil habet praerogativae.
Oleum deſt. Terebinthinae.
Saccharum albiſſimum et Canthum.
Spiritus Vini Gallicus.
Vinum Gallicum album et rubrum.
— Portugallicum.
— Rhenanum.

SECTIO II.

SIMPLICIA ADDENDA.

SPATUM PONDEROSUM, BARYTIS VITRIOLATA, SEU SULFAS BARYTIDIS. **)

Quum complura experimenta, a fide digniſſimis et experientiſſimis viris inſtituta, in vim uſum.

*) *Aurantii Oleum et Cedro*, in Simplicium numero remanere conſtitui, quum non deſtillatione, ſed expreſſione eliciantur.

**) Eſt quidem haec minera compoſita, ut ex ipſo nomine conſtat, ſed quum naturae ipſius opera talis prodeat, inter ſimplicia heic eſt referenda.

uſumque eximium huius (minerae) praeparati, *Terrae Ponderoſae Salitae* ſ. *Muriatis Barytidis* confirmandum conſpiraverint; non dubitavimus, quin dignum cenſeatur *Sulfas Barytidis*, quod locum quemdam *noſtra in pharmacopoea* meritiſſimo obtineat, nonnulli licet beneficum adeo, Praeparati illius, non experti fuerint effectum. Parvum vero hunc ſucceſſum, coniunctioni, quam Sulfas Barytidis, cum heterogeneis variis metallis, tantum non ſemper inire ſolet, quandoque adſcribere licet, quandoque etiam ipſius praeparationis vitio, vel aliis occaſionalibus quibuscumque cauſis.

Sollicitiſſima ergo adhibenda eſt circumſpectio, ut ſeligatur Sulfas Barytidis, omni metallica, ſive plumbi, ſive cupri, ſive arſenici, labe pura, et accuratiſſima etiam praeparationis methodus, ut quoddam genuinum prorſus obtineatur medicamen, quod alia non fieri poteſt conditione, quam ut omnis haec aliena metallica labes accurata praeparatione ſedulo ſeparetur. Optimus quidem ille cenſetur praeparationis modus, quem celeb. Hufeland in ſuo commendat libello *). Haec praeparationis methodus albiſſimas, lamelloſas et cubicas reddit *cryſtallos*, a ſupra commemoratis *metallicis coniunctionibus* prorſus liberas, amaras, ſalſas et acres.

Vim uſumque huius praeparati in univerſum heic deſcribere, incongrue adeo haud videretur; ut autem celeb. Hufeland in citata ſua opella, prolixe adeo et candide haec omnia pertractavit et

*) Vollſtändige Darſtellung der mediciniſchen Kräfte und des Gebrauchs der *ſalzſauren Schwererde*. Berlin 1794.

et felicibus compluribus illuſtravit experimentis; et celeb. Dominus Aſſeſſor Doctor S. Hedin recenſione quadam huius opellae nos locupletavit *); Lectoris, has res funditus cognoſcendi cupiditati, magis conſultum iri crediderim, ſi haec opera adeat. Amplum et eximium prorſus huic Sali H. adſcribit uſum; et optandum utique eſſet, ut omnes Medici de viribus remedii huius inveſtigandis ſolliciti, inſignes adeo et egregias experti fuerint eius virtutes. Ne vero nimiam eorum fefellerit exſpectationem, vereor. Remedium tamen hocce, in multis caſibus magnum attuliſſe emolumentum, compluribus experimentis heic inſtitutis, conſtat. Ne minima ergo eſt dubitandi cauſſa, quin meruerit *Sulfas Barytidis*, eiusque praeparationis methodus, in noſtra adoptari Pharmacopoea.

ANGUSTURAE CORTEX.

Quae cum Cortice hocce inſtituta ſunt experimenta, proſpere adeo multis in caſibus ſucceſſiere, ut Pharmacopoeae et officinis noſtris minime abeſſe debeat.

Uſui viribusque eius commemorandis heic immorari, ſuperfluum omnino eſt, quum et celeb. Dominus Praeses, Diſſertationem de *Cortice Anguſturae* ediderit; et celeb. Aſſeſſor Doct. S. Hedin, in opere ſuo ſupra citato, prolixius hanc perſecutus fuerit rem, nobisque tam exterorum Medicorum, quam propria communicaverit experimenta.

GEOF-

*) In opere ſuo *Vettenſkaps handlingar för Låkare och Fältſkärer; Tredje Tomen, Andra Häftet* pag. 29.

GEOFFROYAE CORTEX.

Duae ſunt Geoffroyae Species, quarum altera *Jamaicenſis* altera *Surinamenſis* appellatur; utraque vim Anthelminticam habet communem, poſterior vero efficaciorem.

Dignoſcitur ille Cortex fruſtis ponderoſis, planis, pedem ſupraque longis, et pollices aliquot latis, inſigniter craſſis, pro diverſa tamen arboris aetate vel parte, de qua fuit detractus. Color eius extrinſecus, primo intuitu apparet cinereus a lichenibus ſuperficiei innatis, ſub quibus color epidermis fuſco-purpureus cum intermixto cinereo (pro diverſa aetate) abſconditus latet. Separata epidermide eminet textura quaedam fibrilloſa et lamelloſa colore ferrugineo cum admixtis ſtriis maculisque rubrofuſcis. Cortex transverſe diſſectus apparet nitido-coloratus; facies autem interna colore gaudet quandoque atro-purpureo, quandoque variegato, cum punctis albicantibus interſertis.

Pulveris color eſt pallido-cinnamomeus. Odoris expers, niſi recens nauſeoſus. Sapor leviter amarus et paullulum aſper. Inſpiſſatis ſolito modo Uviij corticis, reſtitere Extracti aquoſi Uj et Dr. ij, praeter pellicularum ultra Dr. iij. Eadem corticis portio, dedit Reſinae Dr. j et grana xxiv.

Egregium eſt Anthelminticum, in Lumbricis in primis necandis et exturbandis efficaciſſimum. Ab Aſcaridibus etiam aegre toleratur, quas depellendi ſcapo, Decoctum corticis ſaturatiſſimum, Clysmatis forma cum melle eſt adhibendum. Singularis quoque teſtatur caſus, quod Taeniam articulatim expulerit. Poſt irritum plurium Vermifugorum uſum, hic cortex medelae gloriam ſaepiſſime reportavit.

Ceteris

Ceteris plurimis vermifugis, in eo praecipue eſt praeferendus, quod immenſam eliminet pituitae copiam, ſimulque nidos verminoſos deſtruat et exturbet, unde novam vermium generationem efficaciter abrumpit.

Sed non tantum hiſce limitibus circumſcriptae ſunt eius vires. Plurimis enim aliis morbis haud parvum adtulit levamen; praeſertim ubi adfuit gaſtrica labes pituitoſa, ſolidorum relaxatio, humorum inertia, ſpeciatim vero obſtructiones lentae, Aſthma humidum pituitoſum; nec non tuſſis convulſivae impetus mitigavit, et pituitae ſcreatus ſublevavit.

In vias vero urinarias moleſtum aliquando exſerit effectum, mingendi nempe niſum et Stranguriam creando, quae tamen incommoda emollientibus et mucilaginoſis tolli poſſunt. Nec admodum rarum eſt eum turbas excitare haud ſpernendas, nauſeas ſcilicet, vomitus, tormina, quin et anxietates diras, ob nimiam muci inteſtinalis per anum iacturam, quod adſcribere licet, vel doſi iuſto maiori, vel alvo ſtrictae, vel nimis ſolutae, vel etiam habitui corporis ſtrictiori. Laxa e contrario et pituitoſa corpora ſicut infantum, haec incommoda non adeo periclitantur. Ad has vero declinandas turbas, artis eſt, in chronicis in primis malis, cuicumque corticis praeparato addere, ſecundum diverſas conditiones, vel laxantia, vel aromata, vel ſedativa; nec non, ut ſupra adſerui, oleoſa et mucilaginoſa, moleſtias viarum urinarium tollendi gratia.

Quibusnam vero facultatibus, vermibus adeo ſit infenſus, iamiam non certe eſt exploratum; coniicere tamen licet, viroſam potius ei ineſſe illos

illos necandi vim, quam conſtantem evacuandi facultatem, quum non raro eveniat, ut, propinato cortice, mortui ſecedant vermes, vel ſemivivi in fugam protinus praecipitent; unde purganti quodam ſaepe eſt opus.

Forma hocce propinandi remedium, multiplex omnino eſt, et quidem vel Decocti vel Extracti varia forma, vel Reſinae vel Tincturae. Decocti formula haecce eſſe poteſt: Cort. Geoffroyae Surinam. Dr. iij, coquantur in aquae lbjſs, ad remanentiam Ũviij, Colaturae addatur Syrupi vel aquae cuiusdam gratioris q. p. cuius totum adultus ſumat quovis matutino, minor natu Ũv, et iuniores in eadem proportione minus, per quatuor vel quinque dies, intra quas vermes plerumque exturbantur; ſin vero minus, purgans, e Jalappa et Hydrargyro dulci, propinari debet.

Decoctum ſpirituoſo-aquoſum maximo cum fructu etiam adhibetur.

Extracti aquoſi vel ſpirituoſo-aquoſi grana xxv dari etiam poſſunt, vel in pulvere cum ſaccharo contrita, vel pilularum forma, vel in aqua quadam gratiori ſoluta, tam ut vermifugum eximium, quam in affectionibus pituitoſis, ſcrophulis, glandularumque obſtructionibus magno quidem cum emolumento.

Reſinae etiam grana tria ad octo infantibus propinari poſſunt et adultis ad ſcrupulum usque in pulverem cum Saccharo redacta.

Tinctura etiam ſolito modo parari poteſt ex corticis Ujſs cum Spiritu Vini Uviij, cuius doſis ſit Dr. j.

KINKINA FLAVA. *) (Cortex)

Inter ceteras, quae recentioribus luſtris innotuere Kinkinae Species, Cortex *Kinkinae regius flavus* Materiam medicam laudato celebratoque ditat remedio. Haud multum exceſſit luſtrum, quum nova haecce Kinkinae Species ab America auſtrali in Hiſpaniam translata eſt, et parva quaedam portio, ad rationem huius Aulae, caro emta pretio, virtute ſua Madriti antea examinata. Aromatariis debemus quod iamiam ſit divulgata. In laudando et eximio eius uſu, complura dein conſenſerunt experimenta. Cognitas omnes Kinkinae Species, non aequat tantummodo, verum etiam palmam iisdem in univerſum praeripit. Principia multo fortiora et inſigniter efficaciora huic inſunt, quam communi et quidem Rubrae Kinkinae, quae facilius etiam ſolvi ſinunt.

Qualitas. Fruſtis conſtat ſubplanis, epidermide ſua plerumque denudatis, haud ponderoſis, magnitudine multum differentibus, quandoque digitum longis, pollicem latis, et lineam craſſis, quandoque tenuioribus, quandoque autem duodecim vel octodecim pollices longis, in eademque proportione latioribus et craſſioribus; quibusdam etiam ſubcylindricis, raro licet obveniant.

Epidermis, dum adeſt, cortici tenaciter reperitur intexta, in grandioribus fruſtis fuſca, aſpera et ſpongioſa, in minoribus autem caneſcens et ſolidior.

Color

*) Cortici huic hocce imponere nomen praeſtat, quo cum alia quadam Kinkinae Specie non confundatur, quae ſub Kinkinae Regiae nomine Amſtelodami eſt vendita.

Color ferrugineo-flavus eſt; extrinſecus magis ad ferrugineum inclinans, intrinſecus ad flavedinem magis. In certo quodam verſus radios lucis ſitu radiat. In fractura quin et ſuperficie fibrilloſus apparet. Conteritur facile digitis, imo usque ad pulverem flavum, levem ſpargentem odorem.

Sapor modice adſtringens valde inſigniorem, quam Kinkina communis et rubra, prodit amaritiem; unde pereximia prae illis ei competit praerogativa; imo incredibile eſt dictu, quantopere principium hocce amarum illorum antecellat.

Plus etiam Flavo Cortici ineſſe principii adſtringentis, ex inſtitutis cum *Decocto*, *Sulfatis ferri*, reactionibus patet.

Principium hocce adſtringens reſidere in Reſinoſo, et amarum in Gummoſo, docet experientia. Egregium eius principium amarum omnis expers eſt nauſeoſi.

Nec *Praeparatis* quae largitur minor competi debet laus.

Pulvis eius non niſi in comparatione cum Kinkina rubra flavus dici poteſt, fuſciori vero colore a pulvere Kinkinae communis facile dignoſcendus.

Tincturam Spirituoſam ſuppeditat valde amaram, nec non adſtringentem.

Extracti Aquoſi duplo usque plus reddit, quam Kinkina Communis, non autem inſigniorem multo copiam Kinkina rubra; colore vero pallidiori et fortiore ſapore.

Extractum Spirituoſo-aquoſum praebet ſemiperlucidum, in longe maiori quantitate quam Kinkina rubra.

Ut efficacior Medicina in minori uti poteſt portione quam ceterae Kinkinae Species.

Uſus. Iisdem omnibus hunc corticem mederi morbis, ac ceteras Kinkinae ſpecies, certa conſtat experientia. Maxima vero nobis eſt credendi anſa, quod in pereximio hocce nec nimis laudato remedio, inſigniorem multo ac ampliorem reconditam voluerit Natura medendi vim; quam explorandam futuris relinquimus.

Ob egregiam ſuam amaritiem vimque adſtringentem, in reſtituendo tonum ventriculi, fibrarumque in genere, omnino excellit; unde uſus eius in perplurimis medendis morbis, eiusmodi profluentibus cauſſis, ceterorum Kinkinae Corticum valde praeſtantior.

Largiorem etiam eius uſum (ſi quando neceſſarium) delicatiorem et ſenſibiliorem ventriculum non aeque eſſe gravaturum, concludere licet, quam Kinkinae communis et rubrae.

Salve ergo beneficentiſſimum remedium! ſalve digniſſimum Pharmacopoeae Noſtrae additamentum.

KINO GUMMI
SEU
GUMMI ADSTRINGENS GAMBIENSE.

Ex arbore quadam, creſcente ad fluvium nomine *Gambia* in Africa, Gummi hocce, poſt praeviam in cortice inciſionem, copioſe guttatim profluit, et calore ſolis indureſcit. Primo licet intuitu, Sanguini Draconis quodammodo ſimile videatur, perperam tamen cum eo confunditur.

Maſſas

Maſſas conſtituit duras, opacas, rubidas, in fractura ſplendentes, nec raro celluloſas. Fragile adeo eſt ut inter digitos facile conteratur. Maſticatum adhaeret dentibus, et diſſolvitur ſaliva, quam colore rubido tingit, et adſtrictionis dulcedinisque ſapore adficit. Odore caret. Igni admotum flammam aegre concipit, nec liqueſcit, ſed ignitum modo evadit, et griſeos tandem relinquit cineres. Solvitur et menſtruo aquoſo et ſpirituoſo, quod poſterius paullo plus Gummatis diſſolvit, et colorem auget. Solutiones hae Sulfatis ferri admixtione nigreſcunt. Hisce criteriis facile diſtinguitur a Sanguine Draconis, qui nec linguam adſtringit, nec aqua ſolvitur. A Catechu quoque in eo discrepat, quod nihil contineat mucilaginoſi.

Egregium eſt Adſtringens quod Pharmacopoliis Noſtris abeſſe non debet.

Obſtinatis Diarrhoeis chronicis efficacem praebet medelam, nec non fluori albo, Menorrhoeae, multisque aliis ab atonia ortis morbis. Dyſenteriis, non vero chronicis, medetur. In Diabete quoque fruſtra adhibitum eſt. Singularis vero teſtatur caſus, quod puer quidam, quatuordecim annos natus, qui ab ineunte aetate incontinentia urinae laboravit, quotidiano huius Gummatis uſu maximum expertus fuerit emolumentum. Nonnulli etiam caſus confirmant, in febribus intermittentibus cum maximo fructu adhibitum fuiſſe. Neceſſariis praemiſſis evacuationibus, Pulveris eius Scurp. j vel Dr. ſs in infuſo quodam Theaeformi, tertia vel quarta quavis hora tempore apyrexiae, propinari poteſt, vel Tincturae U. ſs ad Dr. vj. *). In Fluore albo pertinaciori,

*) Tinctura e Kino Ph. Edinb. 1783 pag. 112.

naciori, a relaxatione locali orto, iniectiones ex Gummate Kino in aqua calcis ſoluto, exoptatiſſimum praebuere effectum, intruſa ſimul ſpongia hac ſolutione madefacta.

RESINA ELASTICA. GUMMI ELASTICUM S. CAUTCHUC.

(Iatropha? Elaſtica Cayennenſis.)

Quamvis admodum raro eveniat, ut reſina haec officinae cuidam deſit, locum tamen quemdam in Pharmacopoea noſtra eam mereri, omni iure contendere poſſe videor. Multiplex eius uſus, ceteraque omnia quae de illa ſcitu neceſſaria, per quam bene ſunt cognita, adeo ut taedium omnino adferret, hisce repetendis, heic immorari.

Verbo tamen indicare licet, quod haec reſina conſtituat Baſin Cathetrum celebrium, quorum inventione tantum emolumenti Chirurgiae acceſſit.


TAB.I.
WURMBEA capenſis β
WURMBEA capenſis α
DEUTZIA ſcabra
BLADHIA japonica
WURMBEA capenſis γ


Vahlia capensis
Witſenia maura
Galaxia ovata
Galaxia graminea

TAB. III.



LINDERA *umbellata*


TAB. IV.
APONOGETON diſtachyon
APONOGETON monoſtachyon
Thunberg Vol. I.

Tab.V.



HARTOGIA *Capenſis*